



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:


- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.


About Google Book Search


Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



St 1.550







CORNELII TACITI
DIALOGVS DE ORATORIBVS.

RECOGNOVIT

AEMILIVS BAEHRENS.



LIPSIÆ
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI.
MDCCLXXXI.

31.1350

JUN 24 1884

James Smith

FRANCISCO WEINKAVFF

COLONIENSI

S



Saepe ex me requiris, Iuste Fabi, cur, cum priora sae- 1
cula tot eminentium oratorum ingeniis gloriaque floruerint,
nostra potissimum aetas deserta et laude eloquentiae orbata
uix nomen ipsum oratoris retineat; neque enim ita appellamus
5 nisi antiquos, horum autem temporum disertis causidici et ad-
uocati et patroni et quiduis potius quam oratores uocantur.
cui percontationi tuae respondere et tam magnae quaestionis
pondus excipere, ut aut de ingeniis nostris male existiman-
dum sit, si idem assequi non possumus, aut de iudiciis, si
10 nolimus, uix hercule auderem, si mihi mea sententia profe-
renda ac non disertissimorum ut nostris temporibus hominum
sermo repetendus esset, quos eandem hanc quaestionem per-
tractantes iuuenis admodum audiui. ita non ingenio, sed
memoria et recordatione opus est, ut, quae a praestantissi-
15 mis uiris et excogitata subtiliter et dicta grauiter accepi, cum
singuli diuersas eas quidem sed probabiles causas afferrent,
dum formam sui quisque et animi et ingenii redderet, iisdem
nunc uerbis iisdemque rationibus persequare seruato ordine
disputationis. neque enim defuit qui diuersam quoque partem
20 susciperet ac multum uexata et irrisa uetustate nostrorum
temporum eloquentiam antiquorum ingeniis anteferet.

Nam postero die quam Curiatius Maternus Catonem reci- 2
tauerat, cum offendisse potentium animos diceretur, tamquam
in eo tragoediae argumento saeculi sui oblitus tantum Cato-
nem cogitasset, eaque de re per urbem frequens sermo habe-
5 retur, uenerunt ad eum M. Aper et Iulius Secundus, celebra-

C. Cornelii Taciti dialogus de oratoribus M *inscribit itemque, nisi quod C. omittit, N*

1. 4 appellamus ξ : appellemus O || 9 sit *addidit Lipsius* || 16 eas quidem *scripsi*: uel easdem O || 17 redderet M: redderent N || 18 uerbis *scripsi*: numeris O | persequare *Puteolanus*: prosequare O || 19 *fortasse aduersam*

2. 3 saeculi *addidi*

rima tum ingenia fori nostri, quos ego utrosque non in iudiciis modo studiose audiebam, sed domi quoque et in publico assectabar mira studiorum cupiditate et quodam ardore iuuenili, ut fabulas quoque eorum et disputationes et arcana semotae dictionis penitus exciperem; quamuis maligne 10 plerique opinarentur nec Secundo promptum esse sermonem et Aprum ingenio potius et ui naturae quam institutione et litteris famam eloquentiae consecutum. nam et Secundo purus et pressus et, in quantum satis erat, profluens sermo non defuit, et Aper omni eruditione imbutus contemnebat potius 15 litteras quam nesciebat, tamquam maiorem industria et labore gloriam habiturus, si ingenium eius nullis alienarum artium adminiculis inniti uideretur.

3 Igitur ut intrauimus cubiculum Materni, sedentem ipsumque quem pridie recitauerat librum inter manus habentem deprehendimus.

Tum Secundus 'nihilne te', inquit, 'Materne, fabulae malignorum terrent, quominus offensas Catonis tui ames? an 5 ideo librum istum apprehendisti, ut diligentius retractares et sublatis si qua prauae interpretationi materiam dederunt emitteres Catonem non quidem meliorem, sed tamen securiorem?'

Tum ille: 'leges tu quae audisti et agnosces, quid Maternus sibi debuerit. quod si qua omisit Cato, sequenti reci- 10 tatione Thyestes dicet; hanc enim tragoediam disposui iam et intra me ipsum formauit. atque ideo maturare libri huius editionem festino, ut dimissa priore cura nouae cogitationi toto pectore incumbam.'

'Adeo te tragoediae istae non satiant,' inquit Aper, 'quo- 15 minus omissis orationum et causarum studiis omne tempus modo circa Medeam, ecce nunc circa Thyestem consumas? cum te tot amicorum causae, tot coloniarum et municipiorum

6 ego in iudiciis non utrosque modo O, *transposuit Schopenus* || 15 omni M: cum N communi *Rhenanus* || 16 industriae et laboris O, *correxi* || 18 inniti *cum uaria lectione* adniti N

3. 1 ipsumque quem *anonymus in Leipz. Lit.-Zeit.* 1833 p. 1898: ipsum quem O ipsum ac quem s (ipsum quemque *Schopenus*) || 2 inter *Cuiacius*: intra O || 9 leges tu quid maternus sibi debuerit et agnosces quae audisti O, *transposui* || 12 ipsum *scripsi*: ipse O

clientelae in forum uocent, quibus uix suffeceris, etiam si non
 20 nouum tibi ipse negotium imperasses, Domitium et Catonem,
 id est nostras quoque historias et Romana nomina, Graeculo-
 rum fabulis aggregans.’

Et Maternus: ‘perturbarer hac tua seueritate, nisi fre- 4
 quens et assidua nobis contentio iam prope in consuetudinem
 uertisset. nam nec tu agitare et insequi poetas intermittis et
 ego, cui desidiam aduocationum obicis, quotidianum hoc pa-
 5 trocinium defendendae aduersus te poeticae exerceo. quo laetor
 magis oblatum nobis iudicem, qui me uel in futurum uetet
 uersus facere uel, quod iam pridem opto, sua quoque aucto-
 ritate compellat ut omissis forensium causarum angustiis, in
 quibus mihi satis superque sudatum est, sanctiorem illam et
 10 angustioiorem eloquentiam colam.’

‘Ego uero,’ inquit Secundus, ‘antequam me iudicem Aper 5
 recuset, faciam quod probi et modesti iudices solent, ut in iis
 cognitionibus se excusent, in quibus manifestum est alteram
 apud eos partem gratia praeualere. quis enim nescit neminem
 5 mihi coniunctiorem esse et usu amicitiae et assiduitate contu-
 bernii quam Saleium Bassum, cum optimum uirum tum ab-
 solutissimum poetam? porro si poetica accusatur, non alium
 uideo reum locupletioiorem.’

‘Securus sit’ inquit Aper ‘et Saleius Bassus et quisquis
 10 alius studium poeticae et carminum gloriam fouet, cum causas
 agere non possit. nego enim alienum arbitrum litis huius
 inueniri: non patiar Maternum societate plurium defendi, sed
 ipsum solum apud se coarguam, quod natus ad eloquentiam
 uirilem et oratoriam, qua parere simul et tueri amicitias, ad-
 15 sciscere necessitudines, complecti patrocina possit, omittit

19 sufficeres *Puteolanus* || 20 imperasses (uel imposuisses) *Acidalius*
 importasses O || 22 aggregans *Orellius*: aggregares O

4. 9 illam M: istam N || 10 angustioiorem M

5. 2 modesti M: moderati N | his N || 3 cognitionibus s: cogitatio-
 nibus O | se *addidit Pithoeus* || 6 salerium uel salerum N || 7 alius N:
 alium M || 11 nego *scripsi*: et ego O | alienum *scripsi*: quatenus O ||
 12 plurium *Pithoeus*: plurimum O || 13 se coarguam *Andresenus*: eos
 arguam O || 14 qua O: quae s || 15 necessitudines M: necessitates N na-
 tiones s | patrocina *scripsi*: prouincias O | omittit *Rhenanus*: amitti O
 amittit *Puteolanus*

studium, quo non aliud in ciuitate nostra uel ad utilitatem fructuosius *uel ad uoluptatem honestius* uel ad dignitatem amplius uel ad urbis famam pulchrius uel ad totius imperii atque omnium gentium notitiam illustrius excogitari potest. nam si ad utilitatem uitae omnia consilia factaque nostra derigenda ²⁰ sunt, quid est tutius quam eam exercere artem, qua semper armatus praesidium amicis, opem alienis, salutem periclitantibus, inuidis uero et inimicis metum et terrorem ultro feras, ipse securus et uelut quadam perpetua potentia ac potestate munitus? cuius uis et utilitas rebus prospere fluentibus ²⁵ aliorum perfugio et tutela intellegitur; sin proprium periculum inrupit, non hercule lorica et gladius in acie firmius munimentum quam reost periclitanti eloquentia praesidium simul ac telum, quo propugnare pariter et incessere siue in iudicio siue in senatu siue apud principem possis. quid aliud infestis ³⁰ patribus nuper Eprius Marcellus quam eloquentiam suam opposuit? qua accinctus et minax disertam quidem, sed inexercitatum et eiusmodi certaminum rudem Heluidi sapientiam elusit. plura de utilitate non dico, cui parti minime contra-

6 dicturum Maternum meum arbitror. ad uoluptatem oratoriae eloquentiae transeo, cuius iocunditas non uno aliquo momento, sed omnibus porro diebus ac prope omnibus horis contingit. quid enim dulcius libero et ingenuo animo et ad uoluptates honestas nato quam uidere plenam semper et frequentem domum suam concursu splendidissimorum hominum? idque scire ⁵ non pecuniae, non orbitati neque officii alicuius administrationi, sed sibi ipsi dari? illos quin immo orbos et locupletes et potentes uenire plerumque ad iuuenem et pauperem, ut aut sua aut amicorum discrimina commendent? ullane tanta ¹⁰ ingentium opum ac magnae potentiae uoluptas, quam spectare

17 uel ad uoluptatem honestius *addidit Schultingius* || 20 factaque nostra ε: factaque per nostra O | dirigenda O, *correxi* || 21 utilius *Acidalius* || 23 feras *Lipsius*: ferat O || 26 profugio N || 27 inrupit *Weinkauffius*: increpuit O | lorica et *Seebodius*: loricae O || 28 reost siue reo est *scripsi*: reo et O || 29 siue *Muretus*: uel O || 31 eprius ε: prius O || 32 qua *Ursinus*: qui O || 34 parti O: partim ε

6. 2 iocunditas M: iocunditatis N || 3 porro *scripsi*: prope O || 7 neque M: non N | administrationis O, *correxerit* ε || 8 illos M: istos N ipsos ε

homines diuites et senes et totius orbis gratiã subnixos in summa rerum omnium abundantia confitentes id quod optimum sit se non habere? iam uero qui togatorum comitatus
 15 et egressus, quae in publico species, quae in iudiciis ueneratio! quod illud gaudium consurgendi assistendique inter tacentes et in unum conuersos! coire populum et circumfundi coram et accipere affectum, quemcumque orator induerit! uulgata dicentium gaudia et imperitorum quoque oculis ex-
 20 posita percenseo: illa secretiora et tantum ipsis orantibus nota maiora sunt. siue accuratam meditatamque profert orationem, est quoddam sicut ipsius dictionis ita gaudii pondus et constantia; siue nouam et recentem curam non sine aliqua trepidatione animi attulerit, ipsa sollicitudo commendat euen-
 25 tum et lenocinatur uoluptati. sed extemporalis audaciae atque ipsius temeritatis uel praecipua iocunditas est. nam in ingenio quoque sicut in agro, quamquam diuturna serantur atque elaborentur, gratiora tamen quae sua sponte nascuntur. equidem, 7
 ut de me ipso fatear, non eum diem laetiozem egi, quo mihi latus clauus oblatuſ est uel quo homo nouus et in ciuitate minime fauorabili natus quaesturam aut tribunatum aut prae-
 5 turam accepi, quam ago eos, quibus mihi pro mediocritate huius quantulaecumque in dicendo facultatis aut apud patres reum prospere defendere aut apud centumuiros causam aliquam feliciter orare aut apud principem ipsos illos liberos et procuratores principum tueri et defendere datur. tum mihi
 10 supra tribunatus et praeturas et consulatus ascendere uideor, tum habere, quod, si non naturale oritur, nec codicillis datur nec ciuium gratia uenit. quid? fama et laus cuius artis cum oratorum gloria comparanda est? qui magis sunt illustres et noti in urbe non solum apud negotiosos et rebus intentos,

12 diuites *Heinsius*: ueteres O | urbis *Pithoeus* || 16 illud s: id O || 18 quaecūque M: quandocumque N | induerit M: indueret N || 19 uulgaria *Halmius* || 20 ipsi oranti s || 21 perfert M, ut uidetur; fortasse proferrunt || 24 animi *Pithoeus*: animus O | fortasse attulerunt || 26 in addidit s || 27 diuturna scripsi: diu M alia diu N

7. 2 ipso O: ipse s || 5 ago addidit *Vahlenus* || 6 apud patres addidit *Michaëlis* || 11 habere *Pithoeus*: abire O | naturale scripsi: in alio O || 12 ciuium scripsi: cum O || 13 magis sunt addidi | illustres et noti *Ecksteinus*: non illustres et O

sed etiam apud inpuberes et adolescentes, quibus modo indoles¹⁵ recta est et bona spes sui? quorum nomina prius parentes liberis suis ingerunt? quos saepius uulgi quoque imperitum et tunicatus hic populus transeuntes nomine uocat et digito demonstrat? aduenae quoque et peregrini iam in municipiis et coloniis suis auditos, cum primum urbem attigerunt, re-²⁰
 8 quirunt ac uelut agnoscere concupiscunt. ausim contendere Marcellum hunc Eprium, de quo modo locutus sum, et Crispum Vibium (libentius enim nouis et recentibus quam remotis et oblitteratis exemplis utor) non minus *illustres* esse in extremis partibus terrarum quam Capuae aut Vercellis, ubi nati dicuntur.⁵ nec hoc illis alterius ter milies, *alterius bis milies* sestertium praestat (quamquam ad has ipsas opes possunt uideri eloquentiae beneficio uenisse), *sed* ipsa eloquentia, cuius numen et caelestis uis multa quidem omnibus saeculis exempla edidit, ad quam usque fortunam homines ingenii uiribus peruenerint,¹⁰ sed haec, ut supra dixi, proxima et quae non auditu cognoscenda, sed oculis spectanda habeamus. nam quo sordidius et abiectius nati sunt quoque notabilior paupertas et angustiae rerum nascentes eos circumsteterunt, eo clariora et ad demonstrandam oratoriae eloquentiae utilitatem illustriora exempla¹⁵ sunt, quod sine commendatione natalium, sine substantia facultatum, neuter moribus egregius, alter habitu quoque corporis contemptus, per multos iam annos potentissimi sunt ciuitatis ac, donec libuit, principes fori, nunc principes in Caesaris amicitia agunt geruntque cuncta atque ab ipso prin-²⁰ cipe cum quadam reuerentia diliguntur, quia Vespasianus, uenerabilis senex et patientissimus ueri, bene intellegit et

15 inpuberes (*sive* inpubes) *scripsi*: iuuenes O uacuos ε | modo indoles recta est *scripsi*: modo recta et indoles est O modo et recta i. e. *uel* modo recta i. e. ε || 16 nomina M: non N || 21 uelut] uultus *Acidalius*

8. 2 eprium ε: eproprium O || 4 illustres *addidit Ribbeckius* || 6 alterius bis milies *addidit Lipsius* || 8 sed *addidit idem* (ipsa eloquentia *delet* ε) || 9 omnibus N: hominibus M || 12 habeamus *Dronkius*: habere-mus O habemus ε || 13 quoque ε: quosque O | angustiae rerum *Lipsius*: angustia ereptum O angustia parentum ε || 15 nobilitatem *Acidalius* (dignitatem *Spengelius*) || 20 geruntque *Moserus*: feruntque O reguntque *Peerlkampius*

scit, ceteros quidem amicos suos iis niti, quae ab ipso acceperint quaeque ipsi accumulare et in alios congerere promptum
 25 sit, Marcellum autem et Crispum attulisse ad amicitiam suam quod non a principe acceperint nec accipi possit. minimum inter *haec* tot ac tanta locum optinent imagines ac tituli et statuae, quae neque ipsa tamen negleguntur, tam hercule quam diuitiae et opes, quas facilius inuenies qui uituperet
 30 quam qui fastidiat. his igitur et honoribus et ornamentis et facultatibus refertas domos eorum uidemus, qui se ab in- eunte adolescentia causis forensibus et oratorio studio dede- runt. nam carmina et uersus, quibus totam uitam Maternus 9 insumere optat (inde enim omnis fluxit oratio), neque digni- tatem ullam auctoribus suis conciliant neque utilitatem soli- dam, uoluptatem autem breuem, laudem inanem et infructuo-
 5 sam consequuntur. licet haec ipsa et quae deinde dicturus sum aures tuae, Materne, respuant: cui bono est, si apud te Agamemnon aut Iason diserte loquitur? quis ideo do- mum defensus et tibi obligatus redit? quis Saleium nostrum, egregium poetam uel, si hoc honorificentius est, praeclarissi-
 10 mum uatem, deducit aut salutat aut prosequitur? nempe si amicus eius, si propinquus, si denique ipse in aliquod nego- tium inciderit, ad hunc Secundum recurret, aut ad te, Ma- terne, non quia poeta es neque ut pro eo uersus facias; hi enim Basso domi nascuntur, pulcri quidem et iocundi, quo-
 15 rum tamen hic exitus est, ut, cum toto anno, per omnes dies, magna noctium parte unum librum excudit et elucubrauit, rogare ultro et ambire cogatur, ut sint qui dignentur audire. et ne id quidem gratis; nam et domum mutuatur et audi- torium extruit et subsellia condecit et libellos dispergit. et
 20 ut beatissimus recitationem eius euentus prosequatur, omnis illa laus intra unum aut alterum diem *uirens*, *dein* uelut in

23 *scit addidi* | iis M: his N || 24 ipsi *Lipsius*: ipsis O | *fortasse* aut in alios || 25 sit *Halmius*: est O || 26 possit N: possint M || 27 *haec addidit Vahlenus* || 28 *fortasse* tam parum hercule

9. 3 utilitatem solidam *Ribbeckius*: utilitates alunt O || 5 conse- quentur M consequuntur N, *correxit Ribbeckius* | deinde M: deinceps N || 8 saleium M: caeleium (coel.) N || 11 eius M: est N || 12 decurret *Gronouius* || 21 illa M: ista N | *uirens* *dein addidi*

herba uel flore praecerta, ad nullam certam et solidam peruenit frugem; nec aut amicitiam inde refert aut clientelam aut mansurum in animo cuiusquam beneficium, sed clamorem uagum et uoces inanes et gaudium uolucrum. laudauimus 25 nuper ut miram et eximiam Vespasiani liberalitatem, quod quingenta sestertia Basso donasset. pulcrum id quidem, indulgentiam principis ingenio mereri; quanto tamen pulchrius, si ita res familiaris sinat, se ipsum colere, suum genium propitiare, suam experiri liberalitatem! adice quod poetis, 30 si modo dignum aliquid elaborare et efficere uelint, relinquenda conuersatio amicorum et iocunditas urbis, deserenda cetera officia, utque ipsi dicunt, in nemora et lucos, id est 10 in solitudinem secedendum est. ne opinio quidem et fama, cui soli seruiunt et quod unum esse pretium omne laboris sui fatentur, aequae poetas quam oratores sequitur, quoniam mediocri poetas nemo nouit, bonos pauci. quando enim uel rarissimarum recitationum fama in totam urbem penetrat? 5 nedum ut per tot prouincias innotescat. quotus quisque, cum ex Hispania uel Asia (nequid de Gallis nostris loquar) in urbem uenit, Saleium Bassum requirit? atque adeo si quis requirit, ut semel uidit, transit et contentus est, ut si picturam aliquam uel statuam uidisset. neque hunc meum sermo- 10 nem sic accipi uolo, tamquam eos, quibus natura sua oratorium ingenium denegauit, deterream a carminibus, si modo in hac studiorum parte oblectare otium et nomen inserere possunt famae. ego uero omnem eloquentiam omnesque eius partes sacras et uenerabiles puto, nec solum cothurnum uestrum aut 15 heroici carminis sonum, sed lyricorum quoque iocunditatem et elegorum lasciuias et iamborum amaritudinem et epigrammatum lusum et quamcumque aliam speciem eloquentia habet, anteponendam ceteris leuiorum artium studiis credo. sed

22 praecerta *Schelius*: praeccepta **M** percepta **N** | 29 sinat *scripsi*: exigat **O** | genium — liberalitatem *Lipsius*: ingenium — libertatem **O** | 33 utque **N**: ut quae **M** | 34 secedendum *Schelius*: recedendum **O**

10. 2 omne *scripsi*: omnes **M** omnis **N** | 3 aequae *Puteolanus*: atque **O** | sequitur **M**: insequitur **N** | 4 uel *addidi* | 6 nedum ζ : medium **O** | 7 Gallis *Schuldingius* | 9 ut *Acidalius*: et **O** | 15 coturnum **O** | 17 elegiorum **N** | et *addidit Acidalius* | 18 habet *Heumannus*: habeat **O** | 19 anteponenda *Ritterus* | leuiorum *scripsi*: aliarum **O**

20 tecum mihi, Materne, res est, quod, cum natura tua in ipsam
 arcem eloquentiae te ferat, errare mauis et summa adepturus
 in leuioribus subsistis. ut, si in Graecia natus esses, ubi
 ludicras quoque artis exercere honestum est, ac tibi Nico-
 strati robur ac uires dii dedissent, non paterer immanes illos
 25 et ad-pugnam natos lacertos leuitate iaculi aut iactu disci
 uanescere: sic nunc te ab auditoriis et theatris in forum [et
 ad causas] et ad uera praelia uoco, cum praesertim ne ad
 illud quidem confugere possis, quod plerisque patrocinator,
 tamquam minus obnoxium sit offensae poetarum quam ora-
 30 torum studium. efferuescit enim uis pulcherrimae naturae
 tuae, nec pro amico aliquo, sed, quod periculosius est, pro
 Catone offendis. nec excusatur offensa necessitudine officii
 aut fide aduocationis aut fortuitae et subitae dictionis impetu:
 meditatus uideris atque elegisse personam notabilem et cum
 35 auctoritate dicturam. sentio quid responderi possit: elici
 ingentis ex his assensus, haec in ipsis auditoriis praecipue
 laudari et mox omnium sermonibus ferri. tolle igitur, si id
 petis, et securitatis excusationem, cum tibi sumas aduersa-
 rium superiorem. nobis satis sit priuatas et nostri saeculi
 40 controuersias tueri, in quibus ex re ipsa si quando necesse
 sit pro periclitante amico potentiorum aures offendere, et pro-
 bata sit fides et libertas excusata.

Quae cum dixisset Aper acrius, ut solebat, et intento 11
 ore, remissus et subridens Maternus 'parantem' inquit 'me
 non minus diu accusare oratores quam Aper laudauerat (fore
 enim arbitrabar ut a laudatione eorum degressus detrectaret

21 arcem ς : artem O | te hic addidit *Acidalius* (ante tua *Halmius*) |
 fortasse deerrare | adepturus *Acidalius*: adeptus O || 22 in declinioribus
Ribbeckius || 23 artes M || 24 illos M: istos N || 25 leuitate] fortasse ui-
 bratione || 26 et ad causas seclusit *Knautius* || 28 confugere N: con-
 surgere M || 29 offensae *Acidalius*: offendere O offensis *Pithoeus* || 30 effer-
 uescet et 32 offendes O, correxit ς || 33 fortasse ac (et) fide || 34 atque
scripsi: aut O || 35 elici *scripsi*: hic O hinc ς || 36 haec M: hic N hinc
 ς || 37 si id petis *scripsi*: quietis O || 39 priuatas causas et *Knautius* ||
 40 ex re ipsa *scripsi*: expressis N expressit (ut uidetur) M || 41 fortasse
 potentium

11. 2 parantem inquit me *Waltherus*: parant enim quid me M
 parant quid enim me N (parantem me inquit *Bekkerus*) || 3 laudauit
Acidalius || 4 degressus O, correxi

poetas atque carminum studium prosterneret) arte quadam⁵ mitigavit, concedendo iis qui causas agere non possent, ut uersus facerent. ego autem sicut in causis agendis efficere aliquid et eniti fortasse possum, ita recitatione tragoediarum et ingredi famam auspicatus sum, cum quidem in Neronem improbam et studiorum quoque sacra profanantem Vatini¹⁰ potentiam fregi, et hodie si quid nobis notitiae ac nominis est, magis arbitror carminum quam orationum gloria partum. ac iam me diiungere a forensi labore constitui, nec comitatus istos et egressus aut frequentiam salutantium concupisco, non magis quam aera et imagines, quae etiam me nolente in domum¹⁵ meam inruperunt. nam statum capitisque securitatem melius innocentia tueor quam eloquentia; nec uereor ne mihi unquam uerba in senatu nisi pro alterius discrimine facienda sint.

12 nemora uero et luci et secretum ipsum, quod Aper increpabat, tantam mihi afferunt uoluptatem, ut inter praecipuos carminum fructus numerem, quod non in strepitu urbis nec sedente ante ostium litigatore nec inter sordes ac lacrimas reorum componuntur, sed secedit animus in loca pura atque⁵ innocentia fruiturque sedibus sacris. haec eloquentiae primordia, haec penetralia: hoc primum habitu cultuque commendata mortalibus in illa casta et nullis contacta utiis pectora influxit, hic oracula loquebantur. nam lucrosae huius et saginantis eloquentiae usus recens et ex malis moribus natus¹⁰ atque, ut tu dicebas, Aper, in locum teli repertus; ceterum felix illud et, ut more nostro loquar, aureum saeculum et oratorum et criminum inops poetis et uatibus abundabat, qui bene facta canerent, non qui male admissa defenderent. nec ullis aut gloria maior aut augustior honor, primum apud deos,¹⁵

9 in neronem N: in nerone M || 10 Vatini Gronouius: uaticinii O || 11 fregi hodie siquid in nobis O, correxerunt Lipsius et Acidalius | nominis ε: numinis O || 13 deiungere O, correxi || 14 salutantium Schellius: salutationum O || 16 capitisque scripsi: cuiusque ad O

12. 3 urbis addidit Schopenus || 4 hostium O || 5 secedit M: sedit (ut uidetur) N || 7 hoc N: haec M | commendata Muretus: commoda O || 8 in illa M: et ista N || 9 hic scripsi: sic O | saginantis Iuntina a. 1527: sanguinantis O sanguine manantis Schultingius || 10 ex M: om. N || 11 fortasse uerum || 14 admissa N: amissa M || 15 ullis M: ullus N | maior Lipsius: more (ut uidetur) O in ore cum lacunae signo ε | angustior M

deinde apud illos diis genitos sacrosque reges, quorum proferre responsa et interesse epulis ferebantur. inter quos neminem causidicum, sed Orphea et Linum ac, si introspicere altius uelis, ipsum Apollinem accepimus. uel si haec fabu-
 20 losa nimis et composita uidentur, illud certe mihi concedes, Aper, non minorem honorem Homero quam Demostheni apud posteros, nec angustioribus terminis famam Euripidis aut Sophoclis quam Lysiae aut Hyperidis includi. plures hodie reperies, qui Ciceronis gloriam quam qui Vergilii detrectent,
 25 nec ullus Asinii aut Messalae liber tam illustris est quam Medea Ouidii aut Varii Thyestes. ac ne fortunam quidem 13 uatum et illud felix contubernium comparare timuerim cum inquieta et anxia oratorum uita. licet illos certamina et pericula sua ad consulatus euexerint, malo securum et quietum
 5 Vergilii secessum, in quo tamen neque apud diuum Augustum gratia caruit neque apud populum Romanum notitia. testes Augusti epistulae, testis ipse populus, qui auditis in theatro Vergilii uersibus surrexit uniuersus et forte praesentem spectans Vergilium ueneratus est sic quasi Augustum. ne nostris
 10 quidem temporibus Secundus Pomponius Afro Domitio uel dignitate uitae uel perpetuitate famae cesserit. nam Crispus iste et Marcellus, ad quorum exempla me uocas, quid habent in hac sua fortuna concupiscendum? quod timent an quod timentur? quod, cum quotidie aliquid rogentur, uel ii quibus
 15 praestant indignantur? quod adligata cum adulatione nec imperantibus umquam satis serui uidentur nec nobis satis liberi? quae haec summa eorum potentia est? tantum posse liberti solent. me uero dulces, ut Vergilius ait, Musae remotum a sollicitudinibus et curis et necessitate quotidie aliquid contra
 20 animum faciendi ad illa sacra illosque fontis ferant, nec in-

16 istos N | uerba quorum proferre resp. et int. ep. ferebantur *huc traieci: in priore linea inter* apud deos et deinde apud *ponit* O || 18 causidicum *Heumannus*: causidicorum O | et M: ac N || 20 istud N | concedis O, *correxit Acidalius* || 21 fortasse apud posteros constare || 24 uirgili O (*sic ubique*)

18. 2 istud N || 3 istos N || 4 ad *Lipsius*: et O | consulatus M: coetus uel centus N || 8 spectans *scripsi*: spectantemque O || 14 aliquid s: aliqui O | uel *addidit Andresenius* || 15 adligati O, *correxi* || 18 *Vergil. Georg.* II 475 || 20 ad *scripsi*: in O | ista sacra istosque fontes N

sanum ultra et lubricum forum famamque fallacem trepidus experiar; non me fremitus salutantium nec anhelans libertus excitet; nec incertus futuri testamentum pro pignore scribam, nec plus habeam quam quod possim cui uelim relinquere; quandoque cient fata, licet meus dies ueniat, statuarque tu-²⁵ mulo non maestus et atrox, sed hilaris et coronatus, et pro memoria mei nec consulat quisquam nec roget.'

14 Vixdum finierat Maternus, concitatus et uelut instinctus, cum Vipstanus Messala cubiculum [eius] ingressus [est] suspi-
catusque ex ipsa intentione singulorum altiore inter eos esse sermonem 'num parum tempestiuus' inquit 'interueni secre-
tum consilium et causae alicuius meditationem tractantibus?'⁵

'Minime, minime,' inquit Secundus, 'atque adeo uellem maturius interuenisses; delectasset enim te et Apri nostri accuratissimus * sermo *, cum Maternum ut omne ingenium ac studium suum ad causas agendas conuerteret exhortatus est, et Materni pro carminibus suis laeta utque poetas defendi¹⁰ decebat ardentior et poetarum quam oratorum similior oratio'.

'Me uero' inquit 'et sermo ipse infinita uoluptate affecisset; atque id ipsum delectat, quod uos, uiri optimi et *optimi* temporum nostrorum oratores, non forensibus tantum negotiis et declamatorio studio ingenia uestra exercetis, sed¹⁵ eiusmodi etiam disputationes assumitis, quae et ingenium alunt et eruditionem ac litterarum iucundissimum oblectamentum cum uobis, qui illa disputatis, afferunt, tum etiam iis, ad quorum aures peruenerint. itaque hercule non minus probari uideo in te, Secunde, quod Iuli Africani uitam com-²⁰ponendo spem hominibus fecisti plurium eiusmodi librorum,

21 fallacem *Boetticherus*: pallantem *potius quam* palantem O pallentem ε fallentem *Schurzfleischius* || 25 cient *scripsi*: enim O | fata licet *scripsi*: fatalis et O | ueniet ε || 27 mei O: mea ε

14. 1 stinctus M || 2 cum ε: tum O | Vipstanus *C. A. Rupertus*: uibanius O | eius *Ernestius*, est *Acidalius secluserunt* || 8 fortasse accuratissima assertio || 9 et hortatus O, *corr.* ε || 11 docebat M | ardentior *scripsi*: audentior O || 12 uero ε: uere O || 13 optimi *alterum addidit Murretus* || 17 eruditionem *Rhenanus*: eruditiones O eruditionis ε || 18 illa ε: iam M ista N || 19 hercule M: hercle N || 20 Africani *Nipperdeus*: asiatici O || 21 plurium N: plurimum M

quam *inprobari* in Apro, quod nondum a scolasticis contro-
uersiis recessit et otium suum mauult nouorum rhetorum more
quam ueterum oratorum consumere’.

Tum Aper: ‘numquam desinis, Messala, uetera tantum 15
et antiqua mirari, nostrorum autem temporum studia irridere
atque contemnere? nam hunc tuum sermonem saepe excepi,
cum oblitus et tuae et fratris tui eloquentiae neminem hoc
5 tempore oratorem esse contenderes [antiquis], eo, credo, au-
dacious, quod maligni opinionem non uerebaris, cum eam glo-
riam, quam tibi alii concedunt, ipsis tu denegares’.

‘Neque illius’ inquit ‘sermonis mei paenitentiam ago
neque aut Secundum aut Maternum aut te ipsum, Aper, quam-
10 quam interdum in contrarium disputes, aliter sentire credo.
ac uelim impetratum ab aliquo uestrum, ut causas huius in-
finitae differentiae scrutetur ac reddat, quas mecum ipse ple-
rumque conquirō. et quod quibusdam solacio est, idem etiam
Grauis accidisse, mihi auget quaestionem, quia haut longius
15 abiit ab Aeschine et Demosthene Sacerdos iste Nicetes et si
quis alius Ephesum uel Mytilenas contentionibus scolasti-
corum et clamoribus quatit, quam Afer aut Africanus aut nos
ipsi a Cicerone aut ab Asinio recessimus.’

‘Magnam’ inquit Secundus ‘et dignam tractatu quae-16
stionem mouisti. sed quis eam iustius explicabit quam tu, ad
cuius summam eruditionem et praestantissimum ingenium cura
quoque et meditatio accessit?’

5 Et Messala ‘aperiam’ inquit ‘cogitationes meas, si illud
a uobis ante impetrauerō, ut uos quoque sermonem hunc
nostrum adiuuetis’.

22 inprobari *addidit Andresenus* | a M: ab N

15. 1 numquam *scripsi*: num O non ε || 5 antiquis *seclusit Acidalius* || 6 maligni in his (*uel* iis) M malignis iis N || 7 ipsi tu *scripsi*: ipsi tibi O ipse tibi ε || 13 conquirō O: inquirō ε | 13 sq. solatio est mihi auget quaestionem, quia uideo etiam gratis accidisse ut longius O, *traieci et correxi* (Grauis iam *Puteolanus*) || 15 abiit *scripsi*: absit O abiisset ε | ab *addidit Frankofurtana a. 1542* | sacerdos *Orelilius* | Nicetes *Lipsius*: enitet O || 16 contentionibus *scripsi*: contentus M concentus N || 17 nos ε: uos O || 18 ab M: om. N | recessimus *Andresenus*: recessistis O

16. 2 mouisti *Lipsius*: mouistis O || 5 si *addidit* ε | istud N

'Pro duobus' inquit Maternus 'promitto; nam et ego et Secundus exequemur eas partes, quas intellexerimus te non tam omisisse quam nobis reliquisse. Aprum enim solere dissentire et tu paulo ante dixisti et ipse satis manifestus est iam dudum in contrarium accingi nec aequo animo perferre hanc nostram pro antiquorum laude concordiam'.

'Non enim' inquit Aper 'inauditum et indefensum saeculum nostrum patiar hac uestra conspiratione damnari. sed hoc primum interrogabo, quos uocetis antiquos, quam oratorum aetatem significatione ista determinetis. ego enim cum audio antiquos, quosdam ueteres et olim natos intellego, ac mihi uersantur ante oculos Vlixes et Nestor, quorum aetas mille fere et trecentis annis saeculum nostrum antecedit; uos autem Demosthenem et Hyperidem profertis, quos satis constat Philippi et Alexandri temporibus floruisse, ita tamen ut huic utrique superstites essent. ex quo apparet non multo plures quam quadringentos annos interesse inter nostram et Demosthenis aetatem. quod spatium temporis si ad infirmitatem corporum nostrorum referas, fortasse longum uideatur; sed ad numerum saeculorum ac respectum immensi huius aei perquam breue et in proximo est. nam si, ut Cicero in Hortensio scribit, is est magnus et uerus annus, quo eadem positio caeli siderumque, quae cum maxime est, rursum existet, isque annus horum quos nos uocamus annorum XIIDCCCLIII complectitur, conuincitur Demosthenes uester, quem uos ueterem et antiquum fingitis, non solum eodem anno quo nos, sed iam eodem 17 mense extitisse. [sed] transeo ad Latinos oratores, in quibus non Menenium ut puto Agrippam, qui potest uideri antiquos, nostrorum temporum disertis antepone soletis, sed Cicero- nem et Caesarem et Caelium et Caluum et Brutum et Asinium et Messalam, quos quid *ita* antiquis potius temporibus 5

19 et M: ac N | mnestor, ut uidetur, M || 22 huic *addidit Vahlenus* || 24 quadringentos *Lipsius*: trecentos O || 26 sed *scripsi*: si O (*om.* 5) || 27 numerum *scripsi*: naturam O || 31 in numero DCCCC *Nicolaus Loensis*: DCCC O || 32 conuincitur *scripsi*: incipit O | uester M: uidetur N || 33 sed iam *scripsi*: sed fama O sed fere 5

17. 1 sed *seclisit I. W. Beckius* || 2 menenium 5: me nimium O | ut puta *Halmius* || 4 coelium 5: alium O || 5 *ita addidi*

adscribatis quam nostris, non uideo. nam ut de Cicerone ipse loquar, Hirtio nempe et Pansa consulibus, ut Tiro libertus eius scripsit, 'vii idus *Decembres*' occisus est, 'quo anno diuus Augustus in locum Pansae et Hirtii se et Q. Pedium consules suffecit'. státue nouem et quinquaginta annos, quibus mox diuus Augustus rem publicam rexit; adice Tiberii tres et uiginti, et prope quadriennium Gai, ac bis quaternos denos Claudii et Neronis annos, atque ipsum Galbae et Othonis et Vitelli longum et unum annum, ac sextum iam felicitis huius [principatus] stationis, qua Vespasianus rem publicam fouet: centum et uiginti anni ab interitu Ciceronis in hunc diem colliguntur, unius hominis aetas. nam ipse ego in Britannia uidi senem, qui se fatebatur ei pugnae interfuisse, qua Caesarem inferentem arma Britanni et arcere litoribus et pellere aggressi sunt. ita si eum, qui armatus C. Caesari restitit, uel captiuitas uel uoluntas uel fatum aliquod in urbem pertraxisset, et Caesarem quidem ipsum et Ciceronem audire potuit et nostris quoque actionibus interesse. proximo quidem congiario ipsi uidistis plerosque senes, qui se a diuo quoque Augusto semel atque iterum accepisse congiarium narrabant. ex quo colligi potest et Coruinum ab illis et Asinium audiri potuisse (nam Coruinus in medium usque Augusti principatum, Asinius paene ad extremum durauit): ne diuidatis saeculum et antiquos ac recentes uocitetis oratores, quos eorundem hominum aures agnoscere ac uelut coniungere et copulare potuerunt. haec ideo praedixi, ut, si qua ex horum oratorum fama gloriaeque laus temporibus adquiritur, eam docerem in medio sitam et propiorem nobis quam Seruio Galbae aut C.

● 7 ipse **M**: ipso **N** || 8 *Decembres* addidit *Lipsius* (lacunam indicat **M**) || 10 nouem] sex *Lipsius Apri* corrigens errorem || 12 cai **O** || 13 ipsum **M**: istum **N** illum ς || 14 *fortasse* unum et longum | sextum ego: sextam **O** sex iam tam f. *Schelius* || 15 principatus stationem **O**, *correxi* || 16 uiginti (XX) **M**: decem **N** || 17 id est unius *Schopenus* || 18 fatebatur **M**: fateretur **N** | ei ς : et **O** || 19 Britanni et *scripsi*: britanniae **O** || 20 *puto* itaque si || 22 et Caesarem quidem ipsum *Meiserus*: et quidem et caesarem ipsum **O** (et *alterum delet* ς) || 24 cogiarium, 25 cogiarium **M** || 28 itaque ne *Deitersius* || 29 recentes *Ecksteinius*: ueteres **O** | uocitetis **M**: uocetis **N**

18. 2 eam *Halmius*: eandem **O**

Laelio aut C. Carboni quosque alios merito antiquos uocauerimus; sunt enim horridi et impoliti et rudes et informes 5 et quos utinam non ulla parte imitatus esset Caluus uester aut Caelius aut ipse Cicero. agere enim fortius iam et audentius uolo, si illud ante praedixero mutari cum temporibus formas quoque et genera dicendi. sic Catoni seni comparatus C. Gracchus plenior et uberior, sic Graccho politior et orna- 10 tior Crassus, sic utroque distinctior et urbanior et altior Cicero, Cicerone mitior Coruinus et dulcior et in uerbis magis elaboratus. nec quaero quis disertissimus: hoc interim probasse contentus sum, non esse unum eloquentiae uultum, sed in iis quoque quos uocatis antiquos plures species deprehendi, 15 nec statim deterius esse quod diuersum est, uitio autem malignitatis humanae uetera semper in laude, praesentia in fastidio esse. num dubitamus inuentos, qui probato Catone Appium Caecum magis mirarentur? satis constat ne Ciceroni quidem obtrectatores defuisse, quibus inflatus et tumens nec 20 satis pressus, sed supra modum exultans et superfluens et parum Atticus uideretur. legistis utique et Calui et Bruti ad Ciceronem missas epistulas, ex quibus facile est deprehendere, Caluum quidem Ciceroni uisum exanguem et aridum, Brutum autem otiosum atque diiunctum; rursusque Ciceronem a Caluo 25 quidem male audisse tamquam solutum et eneruam, a Bruto autem; ut ipsius uerbis utar, tamquam fractum atque elumbem. si me interrogas, omnes mihi uidentur uerum dixisse. sed mox ad singulos ueniam, nunc mihi cum uniuersis negotium est. nam quatenus antiquorum admiratores hunc uelut 30 terminum antiquitatis constituere solent [qui usque ad]: Cassium, quem reum faciunt [quem] primum [affirmant] flexisse ab illa uetere atque directa dicendi uia, non infirmitate in-

4 Laelio aut C. *addidit Ritterus* (Caio Laelio et Carboni *Schultingius*) || 6 non ulla *scripsi*: in ulla **M** nulla **N** || 8 istud **N** || 13 *fortasse* disertissimus sit, hoc i p. contentus non esse || 15 in is (*uel* iis) *scripsi*: illis **O** in illis **ε** || 18 probato (*uel* probato iam) Catone *scripsi*: pro catone **O** || 22 Atticus *Lipsius*: antiquus **O** | uideretur **N**: uidetur **M** || 24 aridum *Schultingius*: attritum **O** || 25 autem **M**: quidem autem **N** || 28 interrogas **ε** || 29 ueniam **M**: tenias **N**

19. 2 qui usque ad *seclusit Michaelis* || 3 quem *et* affirmant *ego seclusi* || 4 ista **N** | directa **O**, *correxi*

5 genii nec inscientia litterarum transtulisse se ad aliud dicendi
genus contendo, sed iudicio et intellectu. uidit namque, ut
paulo ante dicebam, cum condicione temporum ex diuersi-
tate aurium formam quoque ac speciem orationis esse mu-
tandam. facile perferebat prior ille populus ut imperitus et
10 rudis impeditissimarum orationum spatia; atque id ipsum
laudi dabatur, si dicendo quis diem eximeret. iam uero longa
principiorum praeparatio et narrationis alte repetita series et
multarum diuisionum ostentatio et mille argumentorum gradus
et quicquid aliud aridissimis Hermagorae et Apollodori libris
15 praecipitur, in honore erat. quodsi quis adortus philosophiam
uideretur atque ex ea locum aliquem orationi suae insereret,
in caelum laudibus ferebatur. nec mirum; erant enim haec
noua et incognita, et ipsorum quoque oratorum paucissimi
praecepta rhetorum aut philosophorum placita cognouerant.
20 at hercule peruulgatis iam omnibus, cum in corona uix quis-
quam adsistat, quin elementis studiorum: etsi non instructus,
at certe imbutus sit, nouis et exquisitis eloquentiae itineribus
opus est, per quae orator fastidium aurium effugiat, utique
apud eos iudices, qui ui et potestate, non iure et legibus
25 cognoscunt, nec accipiunt tempora, sed constituunt, nec ex-
pectandum habent oratorem, dum illi libeat de ipso negotio
dicere, sed saepe ultro admonent atque alio transgredientem
reuocant et festinare se testantur. quis nunc feret oratorem 20
de infirmitate ualitudinis suae praefantem, qualia sunt fere
principia Coruini? quis quinque in Verrem libros expectabit?
quis *de* exceptione et formula perpetietur illa immensa uolu-
5 mina, quae pro M. Tullio aut Aulo Caecina legimus? prae-
currit hoc tempore iudex dicentem et, nisi aut cursu argu-

5 inscientia *scripsi*: inscitia O | aliud *Andresenus*: illud O || 7 ex
idem: et O || 9 iste N || 10 imperitissimarum O, *correxit Muretus* ||
11 laudi dabatur M: laudabat N || 12 narrationum *Spengelius* | alte
M || 13 multorum M; multa *Spengelius* || 15 adortus *scripsi*: adoratus O
odoratus s || 16 uideretur s: uidetur O || 17 erant s: erat O || 20 *fortasse*
peruulgatis his iam (*sive p. illis*) omnibus | in corona uix quisquam
scripsi: uix in cortina quisquam O (corona iam *Ursinus*) || 21 quin *Mu-*
retus: qui O || 24 ui M: om. N | et alterum M: aut N || 26 expectantem N
20. 4 de *addidit* s | ista N || 6 dicentes N

mentorū aut colore sententiarum aut nitore et cultu descriptionum inuitatus et corruptus est, auersatur [dicentem]. uulgu quoque adsistentium et affluens et uagus auditor assueuit iam exigere laetitiam et pulcritudinem orationis; nec magis perfert 10 in iudiciis tristem et impexam antiquitatem quam si quis in scena Q. Rosci aut Turpionis [aut] Ambiuii exprimere gestus uelit. iam uero iuuenes et in ipsa studiorum incude positi, qui profectus sui causa oratores sectantur, non solum audire, sed etiam referre domum aliquid illustre et dignum memoria 15 uolunt traduntque in uicem ac saepe in colonias ac prouincias suas scribunt, siue in subitis *color* aliquis arguta et breui sententia effulsit siue locus exquisito et poetico cultu enituit. exigitur enim iam ab oratore etiam poeticus sermo, non Accii aut Pacuuii ueterno inquinatus, sed ex Horatii et Vergilii et 20 Lucani sacrario prolatus. horum igitur auribus et iudiciis obtemperans nostrorum oratorum aetas pulchrior et ornatio extitit. neque ideo minus efficaces sunt orationes nostrae, quia ad aures iudicantium cum uoluptate perueniunt. quid enim si infirmiora horum temporum templa credas, quia non 25 rudi caemento et informibus tegulis extruuntur, sed marmore nitent et auro radiantur? equidem fatebor uobis simpliciter me in quibusdam antiquorum uix risum, in quibusdam autem uix somnum tenere. nec unum de populo Cannuti aut Arri, de Furnio et Toranio, quos in eodem ualitudinario haec ossa et haec macies probant: ipse mihi Caluus, cum unum et 5 uiginti, ut puto, libros reliquerit, uix in una aut altera orationuncula satis facit. nec dissentire ceteros ab hoc meo iudicio uideo; quotus enim quisque Calui in Asicium aut in Drusum

8 aduersatur **M** | dicentem *seclusit Schelius* || 12 scena Q. *Boettcherus*: scenam **O** scena **ς** | aut *seclusit Lipsius* || 14 non **M**: nec **N** | audire **N**: adire **M** || 17 suis *Halmius* | in subitis *Marklandus*: in suis **O** | color *addidi* || 19 exigitur *Lipsius*: exigitur **M** exercetur **N** | enim *om. M* | sermo *scripsi*: decor | actii **M** attii **ς**

21. 3 de populo ganuti aut atti de furnio et coranio **O** (toranio **ς**); *Canutii (siue potius Cannutii) et Arrii nomina latere intellexit Gronouius* || 4 quos *scripsi*: alios **M** quique alios **N** | haec macies *Gronouius*: hanc maciem **O** || 6 aut *Puteolanus*: et **O** || 8 asicium **ς**: asitium **O**

legit accusationes? at hercule in omnium studiosorum manibus
 10 uersantur, quae in Vatinium inscribuntur, ac praecipue secunda
 ex his oratio; est enim uerbis ornata et sententiis auribus
 iudicum accommodata, ut scias ipsum quoque Caluum intel-
 lexisse quid melius esset, nec uoluntatem ei quin sublimius
 et cultius diceret, sed ingenium ac uires defuisse. quid? ex
 15 Caelianis orationibus nempe eae placent, siue uniuersae siue
 partes earum, in quibus nitorem et altitudinem horum tem-
 porum agnoscimus. sordes autem illae uerborum et hians
 compositio et inconditi sensus redolent antiquitatem; nec quem-
 quam adeo antiquarium puto, ut Caelium ex ea parte laudet,
 20 qua antiquus est. concedamus sane C. Caesari, ut propter
 magnitudinem cogitationum et occupationes rerum minus in
 eloquentia effecerit quam diuinum eius ingenium postulabat,
 tam hercule quam Brutum philosophiae suae relinquamus;
 nam in orationibus minorem esse fama sua etiam admiratores
 25 eius fatentur. nec ferme quisquam aut Caesaris pro Decio
 Samnite aut Bruti pro Deiotaro rege ceterosque eiusdem len-
 titudinis ac teporis libros legit, nisi qui et carmina eorundem
 miratur; fecerunt enim et carmina et in bybliotheças retule-
 runt, non melius quam Cicero, sed felicius, quia illos fecisse
 30 pauciores sciunt. Asinius quoque, quamquam propioribus
 temporibus natus sit, uidetur mihi inter Menenios et Appios
 studuisse; Pacuuium certe et Accium non solum tragoediis
 sed etiam orationibus suis expressit: adeo durus et siccus est.
 oratio autem sicut corpus hominis ea demum pulchra est, in
 35 qua non eminent uenae nec ossa numerantur, sed temperatus
 ac bonus sanguis implet membra et exurgit toris ipsosque

9 accusationes *huc traiecit Broterius: in linea sequente post uer-*
santur habet O | hercule N | omnium *Acidalius: hominum* O || 10 inscri-
 buntur *Lipsius: conscribuntur* O scribuntur ε || 13 quin *Puteolanus:*
 quo O quominus *Halmius* || 15 nonne *Heumannus* | siue uniuersae siue
 partes earum *Pithoeus: siue uniuersa parte serum* O siue in u. parte
 seu ε si non uniuersae at partes earum *Acidalius* || 17 illae M: regul(a)e
 N (*delet* ε) || 18 redolent N: reddent M || 22 eloquentiam M; *fortasse*
 eloquentia iam || 23 hercule O || 25 nec ferme (*uel fere*) *Gronouius:*
 nisi forte O || 27 teporis *Lipsius: temporis* O torporis *Schelius* || 28 mi-
 ratur O: mirantur ε || 29 quia M: qui N | istos N || 32 actium M attium
 ε || 36 exurgitoris M

neruos rubor tēgit et decor commendat. nolo Coruinum in-
 sequi, quia non per ipsum stetit, quominus laetitiam nito-
 remque nostrorum temporum exprimeret; uidemus enim, in
 22 quantum iudicio eius uis aut animi aut ingenii suffecerit. ad 40
 Ciceronem uenio, cui eadem pugna cum aequalibus suis fuit,
 quae mihi uobiscum est. illi enim antiquos mirabantur, ipse
 suorum temporum eloquentiam anteponebat; nec ulla re magis
 eiusdem aetatis oratores praecurrit quam iudicio. primus enim 5
 excoluit orationem, primus et uerbis delectum adhibuit et
 compositioni artem, locos quoque laetiores attentauit et quas-
 dam sententias inuenit, utique in iis orationibus, quas senior
 iam et iuxta finem uitae composuit, id est postquam magis
 profecerat usuque et experimentis didicerat, quod optimum 10
 dicendi genus esset. nam priores eius orationes non carent
 uitis antiquitatis: lentus est in principiis, longus in narra-
 tionibus, otiosus circa excessus; tarde commouetur, raro in-
 calescit; pauci sensus apte et cum quodam lumine terminantur.
 nihil excerpere, nihil referre possis; et uelut in rudi aedificio 15
 firmus sane paries et duraturus, sed non satis expolitus et
 splendens. ego autem oratorem sicut locupletem ac lautum
 patrem familiae non eo tantum uolo tecto tegi, quod imbrem
 ac uentum arceat, sed etiam quod uisum et oculos delectet;
 non ea solum instrui suppellectili, quae necessariis usibus suf- 20
 ficiat, sed sit in apparatu eius et aurum et gemmae, ut su-
 mere in manus, ut aspicere saepius libeat. quaedam uero
 procul arcentor ut iam oblitterata et sordentia: nullum sit
 uerbum uelut rubigine infectum, nulli sensus tarda et inerti
 structura in morem annalium componantur; fugitet foedam 25
 et insulsam scurrilitatem, uariet compositionem, nec omnes

37 rubor ε: rubore O; an rubor tēgit? || 38 non M: nec N ||
 39 uidemus enim scripsi: uiderimus O || 40 in quantum ε: inquam O

22. 5 eiusdem aetatis oratores M: oratores aetatis eiusdem N ||
 7 lectiores et latiores ε || 8 senior iam M: iam senior N || 10 usu (deleto
 que) Knautius || 11 esset ε: est O || 14 apte et Acidalius: opt...et
 N optet M. || 15 fortasse possis: est uelut (set uelut Michaelis) || 17
 lautum Lipsius: laudatum O || 20 supellectile N || 22 ut asp. M: et
 asp. N | libeat Agricola: liceat O || 23 arcentor scripsi: arcentur O
 arceantur Lipsius | sordentia scripsi: olentia O || 24 uelut Rhenanus:
 uel O || 26 scurrilitatem O, corr. ε

clausulas uno et eodem modo terminet. nolo irridere rotam²³
 Fortunae et ius uerrinum et illud tertio quoque sensu in om-
 nibus orationibus pro sententia positum 'esse uideatur'. nam
 et haec inuitus retuli et plura omisi, quae tamen sola mirantur
 5 atque exprimunt ii qui se antiquos oratores uocitant. nemi-
 nem nominabo, genus hominum significasse contentus; sed
 uobis utique uersantur ante oculos illi qui Lucilium pro Ho-
 ratio et Lucretium pro Vergilio legunt, quibus eloquentia
 Aufidi Bassi aut Seruili Noniani ex comparatione Sisennae
 10 aut Varronis sordet, qui rhetorum nostrorum commentarios
 fastidiunt et oderunt, Valgi mirantur. quos more prisco apud
 iudicem fabulantes non auditores sequuntur, non populus adit,
 uix denique litigator perpetitur: adeo maesti et inculti illam
 ipsam quam iactant sanitatem non firmitate, sed ieiunio con-
 15 sequuntur. porro ne in corpore quidem ualitudinem medici
 probant, quae nimia anxietate contingit: parum est aegrum
 non esse, fortem et laetum et alacrem uolo: prope abest ab
 infirmitate, in quo sola sanitas laudatur. uos uero, disertis-
 simi uiri, ut potestis, ut facitis, illustrate saeculum nostrum
 20 pulcherrimo genere dicendi. nam et te, Messala, uideo laetis-
 sima quaeque antiquorum imitantem et uos, Maternae ac Se-
 cunde, ita grauitati sensuum nitorem et cultum uerborum
 miscetis, ea electio inuentionis, is ordo rerum, ea quotiens
 causa poscit ubertas, ea quotiens permittitur breuitas, is com-
 25 positionis decor, ea sententiarum planitas est, sic exprimitis
 affectus, sic libertatem temperatis, ut, etiamsi nostra iudicia
 malignitas et inuidia tardauerit, uerum de uobis dicturi sint
 posterum nostri'.

Quae cum Aper dixisset, 'agnoscitisne' inquit Maternus²⁴

27 terminet *Lipsius*: determinet O

23. 2 uerrinum N | istud N || 4 inuitus s: inuitatus O || 5 uocitant
Schultingius: uocabant O uocant *Lipsius* || 7 illi *Halmsius*: isti O, *delent*
 s || 9 Aufidi s: tui (uel cui) fidi O || 11 et *addidit* s | Valgi *scripsi*: calui
 O || 12 adit *scripsi*: audit O || 13 istam N || 14 non firmitate *Acidalius*:
 infirmitatem M infirmitatemque N | consequentur M consequuntur N,
correxit Ribbeckius || 16 nimia *Schulzius*: animi O || 17 prope N: proprie
 M || 19 uiri *addidit Acidalius* || 20 lectissima s || 23 ea quotiens *Wopken-*
sius: et quotiens O || 24 permittit s || 25 plenitas s (sanitas *Lipsius*
 grauitas *Schultingius*)

'uim et ardorem Apri nostri? quo torrente, quo impetu saeculum nostrum defendit! quam copiose ac uarie uexauit antiquos! quanto non solum ingenio ac spiritu, sed etiam eruditione et arte ab ipsis mutuatus est, per quae mox ipsos ⁵ incesseret! tuum tamen, Messalà, promissum immutasse non debet. neque enim defensorem antiquorum exigimus nec quemquam nostrum, quamquam [modo] laudati sumus, iis quos modo insectatus est Aper comparamus. ac ne ipse quidem ita sentit, sed more ueteri et a uestris philosophis saepe ¹⁰ celebrato sumpsit sibi contradicendi partes. igitur exprome nobis non laudationem antiquorum (satis enim illos sua fama laudat), sed causas cur in tantum ab eloquentia eorum recesserimus, cum praesertim centum et uiginti annos ab interitu Ciceronis in hunc diem efficiat ratio temporum [collegerit]'. ¹⁵

25 Tum Messala: 'sequar praescriptam a te, Materne, formam; neque enim diu contradicendum est Apro. qui primum, ut opinor, nominis controuersiam mouit, tamquam parum proprie antiqui uocarentur quos satis constaret ante centum annos fuisse. mihi autem de uocabulo pugna non est: siue ⁵ illos antiquos siue maiores siue quo alio mauult nomine appellet, dummodo in confesso sit eminentiorem illorum temporum eloquentiam fuisse. ne illi quidem parti sermonis eius repugno cominus, si fatetur plures formas dicendi etiam iisdem saeculis, nedum diuersis extitisse. sed quomodo inter Atticos ¹⁰ oratores primae Demostheni tribuuntur, proximum [autem] locum Aeschines et Hyperides [et Lysias] et Lycurgus optinent, omnium autem concessu haec oratorum aetas maxime probatur: sic et apud nos Cicero quidem ceteros eorundem temporum disertos antecessit, Caluus autem et Asinius et ¹⁵ Caesar et Caelius et Brutus iure et prioribus et sequentibus

24. 5 ab illis *Halmius*; fortasse proximum ipsos secludendum || 6 incessere **M** || 8 nostrum *Acidalius*: nostrorum **O** | modo *seclusi* || 9 modo **M**: *om.* **N** || 10 uestris **M**: nostris **N** || 12 istos **N** | sua fama *scripsi*: fama sua **O** || 13 in **M**: *om.* **N** | recessimus **N** || 15 efficiat *scripsi*: effici **O** | collegerit **N** colligitur **M**, *seclusi*.

25. 1 a te **N**: et **M** || 4 constaret **M**: constat **N** || 6 istos **N** || 7 istorum **N** || 9 cominus si *Pabstius*: si cominus **O** (comminus ς) || 11 autem *seclusit Ritterus* || 12 et Lysias *seclusit Usenerus* || 13 consensu *Puteolanus* || 14 sic et *scripsi*: sicut **O** sic ς || 16 iure ς : si uere **O**

anteponuntur. nec refert quod inter se specie differunt, cum genere consentiant. sit strictior Caluus, uenosior Asinius, splendidior Caesar, amarior Caelius, grauior Brutus, uehementior et plenior et ualentior Cicero: omnes tamen eandem sanitatem eloquentiae seruant, ut, si omnium pariter libros in manum sumpseris, scias, quamuis in diuersis ingeniis esse quandam iudicii ac uoluntatis similitudinem et cognationem. nam quod inuicem [se] obtretauert et sunt aliqua epistulis eorum inserta, ex quibus mutua malignitas detegitur: non est oratorum uitium, sed hominum. nam et Caluum et Asinium et ipsum Ciceronem credo solitos et inuicem liuere et ceteris humanae infirmitatis uitiiis affici; solum inter hos arbitror Brutum non malignitate nec inuidia, sed simpliciter et ingenue iudicium animi sui detexisse. an ille Ciceroni inuideret, qui mihi uidetur ne Caesari quidem inuidisse? quod ad Seruium Galbam et C. Laelium attinet et si quos alios antiquiorum *Aper* agitare non destitit, non exigit defensorem, cum fatear quaedam eloquentiae eorum ut nascenti adhuc nec satis adultae defuisse. ceterum si omissis optimo illo et perfectissimo genere eloquentiae eligenda sit forma dicendi, malim hercule C. Gracchi impetum aut L. Crassi maturitatem quam calamistros Maecenatis aut tinnitus Gallionis: adeo melius est, oratorem se hirta toga induere quam fucatis et meretriciis uestibus insignire. neque enim oratorius iste, immo hercule ne uirilil quidem cultus est, quo plerique temporum nostrorum actores ita utuntur, ut lasciuia uerborum et leuitate sententiarum et licentia compositionis histrionales modos expriment. quodque uix auditu fas esse debet, laudis et gloriae [et] ingenii loco plerique iactant cantari saltarique commentarios

17 differunt *Halmius*: differant O || 18 sit *Meiserus*: at O | uenosior *scripsi*: numerosior O || 21 sanitatem *Rhenanus*: sanctitatem O | seruant (*uel gerunt*) *scripsi*: serunt O ferunt s || 22 scias s: sciam O || 23 cognationem *Beroaldus*: cogitationem O || 24 se *seclisit Nipperdeius* || 27 inuicem liuere *scripsi*: inuidere et liuere O . || 29 Brutum *Puteolanus*: utrum O || 32 antiquorum O, *correxit P. Vossius* || 33 *Aper addit idem*

26. 1 optimo s: opimo O | 3 hercule s: hercle O || 5 se *scripsi*: uel O || 7 hercle O, *correxit s* || 8 actores M: auctores N || 10 debet *scripsi*: debeat O debebat *Muretus* | alterum et *seclisi*

suos. unde oritur illa foeda et praepostera, sed tamen frequens, si mollis clausula est, exclamatio, ut oratores nostri tenere dicere, histriones diserte saltare dicantur. equidem non negauerim Cassium Seuerum, quem solum Aper noster nominare ausus est, si iis comparetur qui postea fuerunt, posse oratorem uocari, quamquam in magna parte librorum suorum plus bilis habeat quam sanguinis. primus enim contempto ordine rerum, ommissa modestia ac pudore uerborum, ipsis etiam quibus utitur armis incompositus et studio feriendi plerumque deiectus non pugnat sed rixatur. ceterum, ut dixi, sequentibus comparatus et uarietate eruditionis et lepore urbanitatis et ipsarum uirium robore multum ceteros superat; quorum neminem Aper nominare et uelut in aciem educere sustinuit. ego autem expectabam, ut incusato Asinio et Caelio et Caluo aliud nobis agmen produceret plurisque uel certe totidem nominaret, ex quibus alium Ciceroni, alium Caesari, singulis deinde singulos opponeremus; nunc detrectasse nominatim antiquos oratores contentus neminem sequentium laudare ausus est in publicum nisi in commune, ueritus, credo, ne multos offenderet, si paucos excerpisset. quotus enim quisque scolasticorum non hac sua persuasione fruitur, ut se ante Ciceronem numeret, *etsi* sit plane post Gabinianum? at ego non uerebor nominare singulos, quo facilius propositis exemplis appareat, quibus gradibus fracta sit et deminuta eloquentia.

27 'A, parce', inquit Maternus, 'et potius exsolue promissum. neque enim hoc colligi desideramus, disertiores esse antiquos, quod apud me quidem in confesso est, sed causas

13 si mollis clausula est *scripsi*: sicut his clausula et M sicut his clam et N || 14 tenere *Lipsius*: temere O || 16 posse M: post se N || 18 bilis *Wopkensius*: uis O | contento M || 20 studio ε: studiis O || 21 deiectus O: deuectus ε; *puto* defectus || 23 *fortasse* cunctos superat | 24 uelut M: uult N || 25 incusato M: incurato N || 26 plurisque N: plerisque M || 27 *post* Ciceroni *Spengelius* alium Bruto *inserit* || 28 nunc *Rhenanus*: non O || 30 est nisi in publicum et commune O, *correxi* | ueritus *Lipsius*: ueritum O || 31 *excepisset* *Pithoeus* || 33 numeret *etsi* sit *scripsi*: numeret sed O || 35 fracta ε: freta O | diminuta N

27. 1 A parce *Usenerus*: Aparte M Apparate N || 2 hoc M: hec N || 3 quidem ε: equidem O

exquirimus, quas te pollicitus es tractare paulo ante, plane
 5 miti ore eloquentiaeque temporum nostrorum minime iratus,
 antequam te Aper offenderet maiores tuos incessendo’.

‘Non sum’ inquit ‘offensus Apri mei disputatione, nec
 iam nos offendi decebit, si quid forte aures uestras perstringit,
 cum sciatis hanc esse eiusmodi sermonum legem, iudicium
 10 animi citra damnum affectus proferre’.

‘Perge’, inquit Maternus, ‘et cum de antiquis loquaris,
 utere antiqua libertate, a qua uel magis degenerauimus quam
 ab eloquentia’.

Et Messala: ‘non reconditas, Materne, causas requiris nec 28
 aut tibi ipsi aut huic Secundo uel huic Apro ignotas, sed iam
 mihi partes assignatis proferendi in medium quae omnes sen-
 timus. quis enim ignorat et eloquentiam et ceteras artes
 5 descuississe ab illa uetere gloria non inopia honorum, sed de-
 sidia iuuentutis et negligentia parentum et inscientia prae-
 cipientium et obliuione moris antiqui? quae mala primum in
 urbe nata, mox per Italiam fusa, iam in prouincias manant.
 quamquam uestra uobis notiora sunt: ego de urbe et huius
 10 propriis ac uernaculis utiis loquar, quae natos statim exci-
 piunt et per singulos aetatis gradus cumulantur, si prius de
 seueritate ac disciplina maiorum circa educandos formandosque
 liberos pauca praedixero. nam pridem suus cuique filius, ex
 casta parente natus, non in cellula emptae nutricis, sed in
 15 gremio ac sinu matris educabatur, cuius praecipua laus erat
 tueri domum et inseruire liberis; aut eligebatur maior aliqua
 natu propinqua, cuius probatis spectatisque moribus omnis
 eiusdem familiae soboles committeretur. coram quibus neque

4 pollicitus es *scripsi*: solitum O || 5 miti ore eloquentiaeque *scripsi*:
 mitiore eloquentia et O | minime *Seebodius*: miratus O || 6 incessendo
Schultingius: lacescendo O || 7 Apri mei *Schurzfeischius*: a prima O |
 nec iam *Halmius*: nam nec M nam et N || 8 perstringit M: perstringat
 N perstringet *Lipsius* || 11 et M: om. N || 12 a *addidit* s

28. 1 Et M: Qui N Cui *Halmius* || 2 sed iam *scripsi*: etiam si O ||
 5 honorum *scripsi*: hominum O || 8 in s: om. O; num ad ? || 9 huius
Spengelius: his O || 11 comitantur *Schurzfeischius* | de s: a O || 13 nam
Weissenbornius: iam O || 14 cellula ego: cellam O | in *addidit Andre-*
senus || 15 educabitur N | erit N || 16 aut eligebatur *Meiserus*: eligebatur
 autem O || 18 quibus *scripsi*: quia M qua N

dicere fas erat quod turpe dictu neque facere quod inhonestum
factu uideretur; ac non studia modo curasque, sed remissiones 20
etiam lusisque puerorum sanctitate quadam ac uerecundia
temperabant. sic Corneliā Gracchorum, sic Aureliam Cae-
saris, sic Atiam Augusti matrem praefuisse educationibus ac
produxisse principes liberos accepimus. quae disciplina ac
seueritas eo pertinebat, ut sincera et integra et [in] nullis 25
prauitatibus detorta unius cuiusque natura toto statim pec-
tore arriperet artis honestas et, siue ad rem militarem siue
ad iuris scientiam siue ad eloquentiae studium inclinasset, id
29 solum ageret, id uniuersum hauriret. at nunc natus infans
delegatur Graeculae alicui ancillae, cui adiungitur unus aut
alter ex omnibus seruis, plerumque uilissimus nec cuiquam
serio ministerio accommodatus. horum fabulis et erroribus
[et uires] teneri statim et rudes animi imbuuntur, nec quis 5
quam in tota domo pensi habet, quid coram infante domino
aut dicat aut faciat. quin etiam ipsi parentes non prohibitati
neque modestiae paruulos assuefaciunt, sed lasciuiae et dica-
citati, per quae paulatim impudentia irrepit et sui aliorumque
contemptus. iam uero propria et peculiaria huius urbis uitia 10
paene in utero matris concipi mihi uidentur, histrionalis fauor
et gladiatorum equorumque studia; quibus si occupatus et
obsessus animus, quantulum loci bonis artibus relinquitur?
quotum quemque inuenies, qui domi quicquam aliud loquatur?
quos alios adolescentulorum sermones excipimus, si quando 15
auditoria intrauimus? ne praeceptores quidem ullas crebriores
cum auditoribus suis fabulas habent; colligunt enim discipulos
non seueritate disciplinae nec ingenii experimento, sed am-
30 bitione salutationum et illecebris adulationis. transeo prima
discentium elementa, in quibus et ipsis parum laboratur: nec
in auctoribus cognoscendis nec in euoluenda antiquitate nec

19 dicere ς : discere **O** || 22 temperabat **O**, *correxi* || 23 Atiam *Er-*
nestius: Acciam **O** || 25 in *seclusit Rhenanus* || 27 artes **N** | rem **M**: om. **N**

29. 5 et uires **M** et uirides **N**, *deleuit* ς ; *latet aliquid* || 7 non pro-
bitati *scripsi*: improbitati **O** nec prohibitati ς || 8 dicacitati ς : bibacitati
O || 9 aliorumque *Heumannus*: alienique **O** || 12 si *addidi* || 13 relinqui-
tur **M**: relinquit **N** || 14 inuenies **M**: inuenires **N** || 16 ne ς : nec **O**

in notitiam uel rerum uel hominum uel tempòrum satis operae
 5 insumitur, sed expetuntur quos rhetoras uocant. quorum pro-
 fessio, quando primum in hanc urbem introductast, quam nul-
 lam apud maiores nostros auctoritatem habuerit securus statim
 referam necesse est animum ad eam disciplinam, qua usos
 esse eos oratores accepimus, quorum infinitus labor et quoti-
 10 diana meditatio et in omni genere studiorum assiduae exer-
 citationes ipsorum etiam continentur libris. notus est uobis
 utique Ciceronis liber qui Brutus inscribitur, in cuius extrema
 parte (nam prior commemorationem ueterum oratorum habet)
 sua initia, suos gradus, suae eloquentiae uelut quandam edu-
 15 cationem refert: sese apud Q. Mucium ius ciuile didicisse,
 apud Philonem Academicum, apud Diodotum Stoicum omnes
 philosophiae partès penitus hausisse neque his doctoribus con-
 tentum, quorum ei copia in urbe contigerat, Achaiam quoque
 et Asiam peragrasse, ut omnem omnium artium uarietatem
 20 complecteretur. itaque hercule in libris Ciceronis deprehendere
 licet non geometriae, non musicae, non grammaticae, non
 denique ullius ingenuae artis scientiam ei defuisse. ille dia-
 lecticae subtilitatem, ille moralis partis utilitatem, ille rerum
 motus causasque cognouerat. ita est enim, optimi uiri, ita:
 25 ex multa eruditione et plurimis artibus et omnium rerum
 scientia exundat et exuberat illa admirabilis eloquentia; neque
 oratoris uis et facultas, sicut *artificum* ceterarum rerum, an-
 gustis et breuibis terminis cluditur, sed is est orator, qui de
 omni quaestione pulchre et ornate et ad persuadendum apte
 30 dicere pro dignitate rerum, ad utilitatem temporum, cum
 uoluptate audientium possit. hoc sibi illi ueteres persuaserant, 31
 ad hoc efficiendum intellegebant opus esse non ut in rhetorum

30. 3 notitiam O: notitia ε || 5 uocant M: uocatis (cum uaria
 lectione uocant) N || 6 introductast quam *Usenerus*: introducta sit
 quamque O || 7 securus statim *Meiserus*: statim de curiis O (decurrens
 ε) || 8 qua usos ε: quo ausos O || 10 exercitationis O, *correzit* ε ||
 11 uobis *Rhenanus*: nobis O || 15 refert sese *ego*: referre se O refert se
 ε | mutium O || 16 achademicum O (ut *semper*) | diodorum O, *corr.* ε ||
 17 his M: iis N || 20 hercule M: hercle N || 22 ingenuae artis M: artis
 ingenuae N | iste N | dialecticae N || 23 iste *bis* N | rerum ortus *Peerl-*
kampius || 26 ista N || 27 artificum *addidi* | angustis M

scolis declamarent nec ut fictis nec ullo modo ad ueritatem
 accedentibus controuersiis linguam modo et nocem exercerent,
 sed ut illis artibus pectus implerent, in quibus de bonis ac 5
 malis, de honesto et turpi, de iusto et iniusto disputatur;
 haec est enim oratori subiecta ad dicendum materia. nam in
 iudiciis fere de aequitate, in deliberationibus *de utilitate*, in
laudationibus de honestate disserimus, ita *tamen* ut plerumque
 haec ipsa inuicem misceantur; de quibus copiose et uarie et 10
 ornate nemo dicere potest nisi qui cognouit naturam huma-
 nam et uim uirtutum prauitatemque uitiorum et *habet* intel-
 lectum eorum, quae neque in uirtutibus neque in uitiiis nu-
 merantur. ex his fontibus etiam illa profluunt, ut facilius
 iram iudicis uel instiget uel leniat, qui scit, quid ira, et 15
 promptius ad miserationem impellat, qui scit, quid sit miseri-
 cordia et quibus animi motibus concitetur. in his artibus
 exercitationibusque uersatus orator, siue apud infestos siue
 apud cupidos siue apud inuidentes siue apud tristes siue apud
 timentes dicendum habuerit, tenebit uenas animorum et, prout 20
 cuiusque natura postulauerit, adhibebit manum et temperabit
 rationem, parato omni instrumento et ad omnem usum repo-
 sito. sunt apud quos adstrictum et collectum et singula statim
 argumenta concludens dicendi genus plus fidei meretur: apud
 Stoicos dedisse operam dialecticae proficiet. alios fusa et 25
 aequalis et ex communibus ducta sensibus oratio magis de-
 lectat: ad hos permouendos mutuabimur a Peripateticis aptos
 et in omnem disputationem paratos iam locos. dabunt Aca-
 demici pugnacitatem, Plato altitudinem, Xenophon iocundi-
 tatem; ne Epicuri quidem et Metrodori honestas quasdam 30
 exclamationes assumere iisque prout res poscit uti alienum

31. 1 hoc M: h(a)ec N || 4 exercerent s: exercent O || 5 illis ego:
 in iis M in his N (in *deleuit Puteolanus*) || 7 est enim M: enim est N |
 8 de utilitate in laudationibus *addidit Ursinus* || 9 tamen *addidit Aci-*
dalius || 10 ipsa M: om. N || 12 habet *addidit Schopenus* || 13 neque —
 neque M: nec — nec N | in *ante* uitiiis om. N || 14 ista N || 15 ira et
Fr. Iacobus: irae O || 16 ad M: et N || 17 uersatus s: uersatur O || 21 postu-
 lauerit M: postulabit N || 22 rationem *scripsi*: orationem M omnem ora-
 tionem N || 24 fidei *Puteolanus*: fidem O (fide *Sirkerus*) || 25 Stoicos
scripsi: hos O | dialecticae O, *correxit s* || 26 aequalis O, *correxit Andrese-*
nus || 27 promouendos N | peripatheticis O, *correxit s* || 29 zenophon M

erit oratori. neque enim sapientem informamus nec Stoicorum dialecticum, sed eum qui quasdam artes haurire, scire omnes liberaliter debet. ideoque et iuris ciuilis scientiam ueteres
 35 oratores comprehendebant et grammatica musica [et] geometria imbuebantur. incidunt enim causae plurimae quidem ac paene omnes, *in* quibus iuris notitia desideratur; plerumque autem [in quibus] haec scientia quoque requiritur. nec quis-³² quam respondeat sufficere, ut ad tempus simplex quiddam et uniforme doceamur. primum autem aliter utimur propriis, aliter commodatis; longeque interesse manifestum est, possideat quis quae profert an mutuetur. deinde ipsa multarum
 5 artium scientia etiam aliud agentes nos ornat atque ubi minime credas eminet et excellit. idque non doctus modo et prudens auditor, sed etiam populus intellegit ac statim ita laude prosequitur, actorem ut legitime studuisse, ut per omnes
 10 eloquentiae numeros isse, ut denique oratorem esse fateatur; quem non posse alium existere neque extitisse umquam confirmo nisi eum, qui tamquam in aciem omnibus armis armatus, sic in forum omnibus artibus instructus exierit. quod adeo negligitur ab horum temporum disertis, ut in actionibus
 15 eorum uilis quoque quotidiani sermonis foeda ac pudenda uitia deprehendantur, ut ignorent leges, non teneant senatus consulta, ius ciuile autem ultro derideant, sapientiae uero studium et praecepta prudentium penitus reformident: in paucissimos sensus et angustas sententias detrudunt eloquentiam
 20 uelut expulsam regno suo, ut quae olim omnium artium domina pulcherrimo comitatu pectora implebat, nunc circumcisa et amputata, sine apparatu, sine honore, paene dixerim sine

32 nec **M**: neque **N** || 33 dialecticum *scripsi*: ciuitatem **O** artem ς | haurire scire *scripsi*: audire **O** (haurire *Lipsius*) || 35 grammaticae musicae **O**, *correxit Rhenanus* | et *seclisit Wesenbergius* | geometricae **M** geometri(a)e **N**, *correxit Rhenanus* || 37 in *addidit Meiserus* || 38 in quibus *seclusi* | scientia quoque *scripsi*: quoque scientia **M** scientia **N**

32. 2 sufficere ς : sufficeret **O** | *fortasse* et commune || 3 autem] enim *Rhenanus* || 9 actorem ut *scripsi*: aut **O** ut ς || 10 isse ut **M**: isse et ut **N** || 11 alium *Andresenus*: aliter **O** | neque **M**: nec **N** || 12 armis instructus — artibus armatus **O**, *traieci* || 15 uilis *scripsi*: uis uel ius **O** || 16 non **M**: nec **N** || 17 ciuile autem *scripsi*: ciuitatis **O** || 19 detrudunt ς : detrudant **O** || 20 ut quae **N**: utq; **M**

ingenuitate, quasi una ex sordidissimis artificiis discatur. ergo hanc primam et praecipuam causam arbitror, cur in tantum ab eloquentia antiquorum oratorum recesserimus. si 25 testes desiderantur, quos potiores nominabo quam apud Graecos Demosthenem, quem studiosissimum Platonis auditorem fuisse memoriae proditum est, ? et Cicero his, ut opinor, uerbis refert, quicquid in eloquentia effecerit, id se non rhetorum *scolis*, sed Academiae spatiis consecutum. sunt 30 aliae causae, magnae et graues, quas a uobis aperiri aequum est, quoniam quidem ego iam meum munus expleui et, quod mihi in consuetudine est, satis multos offendi. quos, si forte haec audierint, certum habeo dicturos me, dum iuris et philosophiae scientiam tamquam oratori necessariam laudo, inep- 35 tiis meis plausisse.'

33 Et Maternus 'mihi quidem' inquit 'susceptum a te munus adeo peregrisse nondum uideris, ut incohasset tantum et uelut uestigia ac liniamenta quaedam ostendisse uidearis. nam quibus *artibus* instrui ueteres oratores soliti sint dixisti differentiamque nostrae desidiae et inscientiae aduersus acerrima et 5 fecundissima eorum studia demonstrasti: cetera expecto, ut, quemadmodum ex te didici quid aut illi scierint aut nos nesciamus, ita hoc quoque cognoscam, quibus exercitationibus iuuenes iam et forum ingressi confirmare et alere ingenia sua soliti sint. neque enim solum arte et scientia, sed longe 10 magis facultate et *experientia* eloquentiam contineri nec tu puto abnues et hi significare uultu uidentur'.

Deinde cum Aper quoque et Secundus idem aduissent, Messala quasi rursus incipiens: 'quoniam initia et semina ueteris eloquentiae satis demonstrasse uideor, docendo quibus 15 artibus antiqui oratores institui erudiri soliti sint, persequar nunc exercitationes eorum. quamquam ipsis artibus inest

23 fortasse artibus || 24 ergo M: ego N | arbitror cur *Puteolanus*: arbitratur N arbitror M || 28 lacunae signa posui || 30 scolis addidi || 31 a addidit ε || 33 quos *Pithoeus*: quod O

33. 4 artibus addidit *Schopenus* || 5 inscientiae *Rhenanus*: scientiae O || 7 quid N: quod M | scierint *Schurzleischius*: scirent O || 9 ingressi M: ingressuri N || 10 solum *Dronkius*: dum O | inscientia N || 11 experientia addidi | eloquentiam *Rhenanus*: eloquentia O || 12 hi *Rhenanus*: ii O || 15 uideor ε: uidetur O || 16 persequar ε: persequor O

exercitatio, nec quisquam percipere tot tam reconditas aut uarias res potest nisi ut scientiae meditatio, meditationi fa-
 20 cultas, facultati uis experientiae accedat. per quae colligitur eandem esse rationem et percipiendi quae proferas et profe-
 rendi quae perceperis. sed si cui obscuriora haec uidentur isque scientiam ab exercitatione separat, illud certe concedet, instructum et plenum his artibus animum longe paratiorem
 25 ad eas exercitationes uenturum, quae propriae exornatrices oratorum uidentur. ergo apud maiores nostros iuuenis ille, 34
 qui foro et eloquentiae parabatur, imbutus iam domestica disciplina, refertus honestis studiis, deducebatur a patre uel a propinquis ad eum oratorem, qui principem in ciuitate locum
 5 optinebat. hunc sectari, hunc prosequi, huius omnibus dictionibus interesse siue in iudiciis siue in contionibus assuescebat, ita ut altercationes quoque exciperet et iurgiis interesset, utque sic dixerim, pugnare in praelio disceret. magnus ex hoc usus, multum constantiae, plurimum iudicii iuuenibus
 10 statim contingebat in media luce studentibus atque inter ipsa discrimina, ubi nemo impune stulte aliquid aut contrarie dicit, quominus et iudex respuat et aduersarius exprobet, ipsi denique aduocati aspernentur. igitur uera statim et incorrupta eloquentia imbuebantur; et quamquam unum sequerentur,
 15 tamen omnes eiusdem aetatis patronos in plurimis et causis et iudiciis cognoscebant; habebantque ipsius populi diuersissimarum aurium copiam, ex qua facile deprehenderent, quid in quoque uel probaretur uel displiceret. ita nec praeceptor deerat, optimus quidem et electissimus quique aciem eloquentiae non imaginem praestaret, nec aduersarii et aemuli ferro
 20 non rudibus dimicantes, nec auditorium semper plenum, sem-

18 tam reconditas aut uarias *scripsi*: aut reconditas tam uarias **O** || 19 *fortasse* nisi sic ut || 20 experientiae *scripsi*: eloquentiae **O** || 22 perceperis **M**: percipis **N** | uidentur — separat **N**: uidentur — separet **M**; *fuisse* uideantur — separet? || 23 istud **N** || 24 paratiorem *Lipsius*: parate **O** paratum **ε** || 25 exornatrices oratorum *scripsi*: et ornatorum **M** et ornaturum **N**

34. 7 excipere — interesse **O**, *correxerit I. Bekkerus* || 8 magnus **ε**: magnos **O** || 17 ex quo *Meiserus* || 19 *puto* optimus ille quidem (optimus quisque *Meiserus*) | quiq. aciem *scripsi*: qui faciem **O** || 21 rudibus *P. Faber*: sudibus **O** | nec *Haasius*: sed **O**

per compositum ex inuidis et fauentibus, ut nec bene *dicta hi ignorarent nec illi male dicta* dissimularent. scitis enim magnam illam et duraturam eloquentiae famam non minus in diuersis subselliis parari quam *in* suis, inde quin immo constantius surgere, ibi fidelius corroborari. atque hercule sub eius modi praeceptoribus iuuenis ille de quo loquimur [oratorum discipulus, fori auditor, sectator iudiciorum] eruditus et assuefactus alienis experimentis, cui quotidie audienti notae leges, non noui iudicum uultus, frequens in oculis consuetudo contionum, saepe cognitae populi aures, siue accusationem susceperat siue defensionem, solus statim et unus cuicumque causae par erat. uno et uicesimo aetatis anno L. Crassus C. Carbonem, tertio et uicesimo Caesar Dolabellam, altero et uicesimo Asinius Pollio C. Catonem, non multum aetate antecedens Caluus Vatinius iis orationibus insecuti sunt, quas hodie quoque cum admiratione legimus. at nunc adolescentuli nostri deducuntur in scholas scenicorum, qui rhetores uocantur; quos paulo ante Ciceronis tempora extitisse nec placuisse maioribus nostris ex eo manifestum est, quod a Crasso et Domitio censoribus cludere, ut ait Cicero, ludum impudentiae iussi sunt. sed, ut dicere institueram, deducuntur in scholas, in quibus non facile dixerim utrumne locus ipse an condiscipuli an genus studiorum plus mali ingeniis afferant. nam in loco nihil reuerentiae est eo, in quem nemo nisi aequae imperitus intrat; in condiscipulis nihil profectus, cum pueri inter pueros et adolescentuli inter adolescentulos pari securitate et dicant et audiantur; ipsae uero exercitationes magna ex parte contrariae. nempe enim duo genera materiarum apud rhetoras tractantur, suasoriae et controuersiae. ex his suasoriae

22 compositum *scripsi*: nouum O | *suppleui praeunte Sauppio* || 23 dissimularentur ε || 25 in *addidit Andresenus* || 27 oratorum — 28 iudiciorum *seclusi* || 33 uno et uicesimo *Nipperdeius*: nono decimo O || 34 tertio *Pithoeus*: uno O || 37 hodieque M

35. 2 in scholas scenicorum *scripsi*: in sein (uel seni) scholasticorum O (scenam schol. ε) || 3 tempora N: tempore M || 4 a Crasso *Michaelis*: m. crasso M m. claudio (uar. lect. crasso) N || 5 Cicero] *de or.* III 94 || 6 scholas in *Schurzfleischius*: scolam M scholas N || 9 reuerentiae est eo *scripsi*: reuerentiae sed O || 14 his N: iis M

15 quidem sic tamquam plane leuiores et minus prudentiae exigentes pueris delegantur, controuersiae robustioribus assignantur — quales per fidem et quam incredibiliter compositae! sequitur autem, ut materiae abhorrenti a ueritate declamatio quoque adhibeatur ficta. sic tyrannicidarum praemia aut uitiatarum electiones aut pestilentiae remedia aut incesta matrum aut quicquid in scola quotidie agitur, in foro uel raro uel numquam, ingentibus uerbis persequuntur; cum ad ueros iudices uentum

* *
*

rem cogitare: nihil humile, nihil abiectum eloqui poterat. magna eloquentia sicut flamma materia alitur et motibus excitatur et uerendo clarescit. eadem ratio in nostra quoque ciuitate antiquorum eloquentiam prouexit. nam etsi horum quoque temporum oratores ea consecuti sunt, quae composita et quieta et beata re publica tribui fas erat, tamen illa perturbatione ac licentia plura sibi assequi ualebant, cum mixtis omnibus et moderatore uno carentibus tantum quisque orator saperet quantum erranti populo persuadere poterat. hinc leges assiduae et populare nomen, hinc contiones magistratum paene pernoctantium in rostris, hinc accusationes potentium reorum et assignatae etiam domibus inimicitiae, hinc procerum factiones et assidua senatus aduersus plebem certamina. quae singula etsi distrahebant rem publicam, exercebant tamen illorum temporum eloquentiam et magnis cumulare praemiis uidebantur, quia quanto quisque plus dicendo poterat, tanto facilius honores assequeretur, tanto magis in ipsis honoribus collegas suos anteibat, tanto plus apud principes gratiae, plus auctoritatis apud patres, plus notitiae ac

15 quidem **M**: quid **N** | sic *Orellius*: etsi (*uel* et si) **O** || 16 delegantur ζ : delegantur **O** || 17 per fidem **M**: perfidie **N** || 19 ficta sic *scripsi*: sic fit ut **O** || 22 persequuntur ζ : prosequuntur **O** || 23 *defuisse in exemplari sex pagellas adnotat N, multum hic deficere M* || 24 cogitare **M**: cogitant **N** | nihil alterum **M**: uel **N**

36. 6 ualebant *scripsi*: uidebantur **O** || 8 *fortasse* raperet | persuadere *Heumannus*: persuaderi **O** || 11 reorum ζ : rerum **O**

nominis apud plebem probabat. hi clientelis etiam exterarum nationum redundabant, hos ituri in prouincias magistratus reuerebantur, hos reuersi colebant, hos et praeturae et consulatus uocare ultro uidebantur, hi ne priuati quidem sine potestate erant, cum et populum et senatum consilio et auctoritate regerent. quin immo sibi ipsi *proceres* persuaserant, neminem sine eloquentia aut *assequi* posse in ciuitate aut tueri conspicuum et eminentem locum. nec mirum, cum etiam inuiti ad populum producerentur, cum parum esset in senatu breuiter censere nisi qui *tulit* ingenio et eloquentia sententiam suam tueretur, cum in aliquam inuidiam aut crimen uocati sua uoce respondendum haberent, cum testimonia quoque in publicis *causis* non absentes nec per tabellam dare, sed coram et praesentes dicere cogentur. ita ad summa eloquentiae praemia magna etiam necessitas accedebat; et non modo disertum haberi pulcrum et gloriosum, sed contra mutum et elinguem uideri deforme habebatur. ergo non minus rubore quam praemiis stimulabantur, ne clientulorum loco potius quam patronorum numerarentur, ne traditae a maioribus necessitudines ad alios transirent, ne tamquam inertes et non suffecturi honores aut non impetrarent aut impetratos male tuerentur. nescio an uenerint in manus uestras haec monumenta antiquorum, quae in bybliotheccis adhuc manent et cum maxime a Muciano contrahuntur ac iam undecim, ut opinor, actorum libris et tribus epistularum composita et edita sunt. ex his intellegi potest, Cn. Pompeium et M. Crassum non uiribus modo et armis, sed ingenio quoque et oratione ualuisse, Lentulos et Metellos et Lucullos et Curiones et ceteram procerum manum multum in his studiis operae curaeque posuisse, nec quemquam illis temporibus magnam

19 ante probabat *lacunae signa posui* (parabat pro probabat ε) || 25 proceres *addidi* || 28 tulit (uel censuit) *addidi* || 29 tuerentur ε || 31 causis *addidit Bipontina* | absentis M || 34 non modo *Schelius*: com-
moda O

37. 1 stipulabantur O, *correxerit Rhenanus* || 3 transirent *Lipsius*: transissent O || 4 honores *Schopenus*: honoribus O || 6 haec monumenta antiquorum, quae in bibl. *scripsi*: haec uetera quae et in antiquorum bibl. O || 7 mutiano O || 11 metellos et M: metellos sed et N

potentiam sine aliqua eloquentia consecutum. his accedebat
 15 splendor reorum et magnitudo causarum, quae et ipsa pluri-
 mum eloquentiae praestant. nam multum interest, utrumne
 de furto aut formula et interdicto dicendum habeas an de
 ambitu comitiorum, de expilatis sociis et ciuibus trucidatis.
 quae mala sicut non accidere melius est isque optimus ciui-
 20 tatis status habendus, in quo nihil tale patimur, ita, cum
 acciderent, ingentem eloquentiae materiam subministrabant.
 crescit enim cum amplitudine rerum uis ingenii, nec quis-
 quam claram et illustrem orationem efficere potest nisi qui
 causam parem inuenit. non, opinor, Demosthenem orationes
 25 illustrant quas aduersus tutores suos composuit; nec Ciceronem
 magnum oratorem P. Quintius defensus aut Licinius
 Archias faciunt: Catilina et Milo et Verres et Antonius hanc
 illi famam circumdederunt; non quia tanti fuerit rei publicae
 malos ferre ciues, ut uberem ad dicendum materiam oratores
 30 haberent, sed, ut subinde admoneo, quaestionis meminerimus
 sciamusque nos de ea re loqui, quae facilius turbidis et in-
 quietis temporibus existit. quis ignorat utilius ac melius
 esse frui pace quam bello uexari? plures tamen bonos prae-
 liatores bella quam pax ferunt. similis eloquentiae condicio.
 35 nam quo saepius steterit tamquam in acie quoque plures et
 intulerit ictus et exceperit, quo maiores aduersarios et aciores
 pugnas sibi ipsa sola sumpserit, tanto altior et excelsior et
 illis nobilitata discriminibus in ore hominum agit, quorum
 ea natura est, ut securi *ipsi aliorum cernere pericula* uelint.
 transeo ad formam et consuetudinem iudiciorum. quae etsi 38
 nunc aptior est [ita erit], ueterum eloquentiam tamen illud

14 accedebat N: accedat M || 15 causarum M: curarum N || 18 de
alterum M: om. N | ciuibus *Puteolanus*: comitibus O || 20 habendus M?
 habendus est N || 28 fuerit *Maduigi*: fuit O | rei publicae *Heumannus*:
 rem publicam O || 32 existit *Lipsius*: extitit O || 36 maiores aduersarios
Boetticherus: maior aduersarius O | et (*uel ei*) N: eo M | aciores pugnas
Orellius: acrior qui pugnas O || 37 ipsa sola sumpserit *scripsi*: ipsas de-
 sumpserit O (ipse s) || 38 nobilitata *Latinus* discriminibus *Lipsius*: no-
 bilitatus criminibus O || 39 ut *secura* uelint O, *suppleui*

38. 2 ita erit *sectusit Dronkius* | ueterum *in linea praecedente* post
 consuetudinem *habet* O, *huc ego traieci* | eloquentiam *Lipsius*: elo-
 quentia O

forum magis exercebat, in quo nemo intra paucissimas perorare horas cogebatur et liberae comperendinationes erant et modum dicendi sibi quisque sumebat et numerus neque dierum neque patronorum finiebatur. primus haec tertio consulatu Cn. Pompeius astrinxit imposuitque ueluti frenos eloquentiae, ita tamen ut omnia in foro, omnia legibus, omnia apud praetores gererentur; apud quos quanto maiora negotia olim exerceri solita sint, quod maius argumentum est quam quod causae centumuirales, quae nunc primum optinent locum, adeo splendore aliorum iudiciorum obruebantur ut neque Ciceronis neque Caesaris neque Bruti neque Caelii neque Calui, non denique ullius magni oratoris liber apud centumuiros dictus legatur? exceptis orationibus Asinii, quae pro heredibus Urbinae inscribuntur, ab ipso tamen Pollione mediis diui Augusti temporibus habitae, postquam longa temporum quies et continuum populi otium et assidua senatus tranquillitas et maximi principis disciplina ipsam quoque eloquentiam sicut omnia alia pacauerat. paruum et ridiculum fortasse uidebitur quod dicturus sum, dicam tamen uel ideo ut rideatur. quantum humilitatis putamus eloquentiae attulisse paenulas istas, quibus astricti et uelut inclusi cum iudicibus fabularum? quantum uirium detraxisse orationi auditoria et tabularia credimus, in quibus iam fere plurimae causae explicantur? nam quo modo nobiles equos cursus et spatia probant, sic est aliquis oratorum campus, per quem nisi liberi et soluti ferantur, debilitatur ac frangitur eloquentia. ipsam quin immo curam et diligentis stili anxietatem contrariam experimur, quia saepe interrogat iudex, causam quando incipias, et ex interrogatione eius incipiendum est, frequenter probationibus et testibus silentium inpatiens indicit; unus inter

4 horas ante perorare ε, post idem *Halmius* addiderunt || 5 dicendi *Puteolanus*: dicendo O || 6 haec M: hic N || 7 Gn. N || 12 aliorum M: aliorum N || 16 Urbinae *Lipsius*: uriuę M uruie N urbię ε | fortasse a uieto tamen || 19 maximi M: maxima N maxime *Haasius* || 20 omnia alia pacauerat M: omnia depacauerat N

39. 2 uidebitur *Ursinus*: uidetur O | rideatur M: ridear N || 5 auditorię et tabularię M || 11 causam quando *I. Bekkerus*: quam quando M quando (*suprascr.* † quam) N || 13 inpatiens *Hauptius*: patronus O

haec dicenti aut alter assistit et res uelut in solitudine agitur. oratori autem clamore plausuque opus est et uelut quodam theatro; qualia quotidie antiquis oratoribus contingebant, cum tot pariter ac tam nobiles forum coartarent, cum clientela quoque ac tribus et municipiorum etiam legationes ac pars Italiae periclitantibus assisteret, cum in plerisque iudiciis crederet populus Romanus sua interesse quid iudicaretur. satis constat C. Cornelium et M. Scaurum et T. Milonem et L. Bestiam et P. Vatinius concursu totius ciuitatis et accusatos et defensos, ut frigidissimos quoque oratores ipsa certantis populi studia excitare et incendere potuerint. itaque hercule eiusmodi libri quoque extant ut ipsi qui egerunt non aliis magis orationibus censeantur. iam uero contiones assidue et datum ius potentissimum quemque uexandi atque ipsa inimicitiarum gloria, cum se plurimi disertorum ne a P. quidem Scipione aut L. Sulla aut Cn. Pompeio abstinerent et ad incessendos principes uiros, ut est natura inuidiae, pulpiti quoque ut histriones artibus uterentur, quantum ardorem ingeniis, quas oratoribus faces admouebant! non de otiosa et quieta re loquimur et quae probitate et modestia gaudeat, sed est magna illa et notabilis eloquentia alumna licentiae, quam stulti libertatem uocitant, comes seditionum, effrenati populi incitamentum, sine obsequio, sine ueritate, contumax temeraria arrogans, quae in bene constitutis ciuitatibus non oritur. quem enim oratorem Lacedaemonium, quem Cretensem accepimus? quarum ciuitatum seuerissima disciplina et seuerissimae leges traduntur. ne Macedonum quidem ac Persarum aut ullius gentis, quae certo imperio contenta fuerit, eloquentiam nouimus. Rhodii quidam, plurimi Athenienses oratores extiterunt, apud quos omnia populus, omnia imperiti, omnia, ut sic dixerim, omnes poterant.

18 assisterent *Rhenanus* || 24 hercule **N**: hercle **M** | libri extant ut ipsi quoque qui **O**, *correxi*

40. 4 L. *addidit Orellius* | sylla **O** | Gn. **N** || 6 pulpiti *scripsi*: populi **O** | ut *Haasius*: et **O** | artibus *Osannus*: auribus **O** || 7 non enim *Muretus* || 10 uocitant *Hessius*: uocabant **O** uocant *Heumannus* || 11 ueritate *Noltius*: seueritate **O** || 14 accepimus **ς**: accipimus **O** | sanctissimae leges *Schelius* || 15 ne **ς**: nec **O** || 16 ullius **ς**: illius **O**

nostra quoque ciuitas, donec errauit, donec se partibus et ²⁰
dissensionibus et discordiis confecit, donec nulla fuit in foro
pax, nulla in senatu concordia, nulla in iudiciis moderatio,
nulla superiorum reuerentia, nullus magistratum modus,
tulit sine dubio ualentiozem eloquentiam, sicut indomitus
ager habet quasdam herbas laetiores. sed nec tanti rei pu- ²⁵
blicae Gracchorum eloquentia fuit, ut pateretur et leges, nec
41 bene famam eloquentiae Cicero tali exitu pensauit. sic quoque
quod superest antiqui oratoribus horum *temporum*, non emen-
datae nec usque ad uotum compositae ciuitatis argumentum
est. quis enim nos aduocat nisi aut nocens aut miser? quod
municipium in clientelam nostram uenit nisi quod aut uici- ⁵
nus populus aut domestica discordia agitat? quam prouin-
ciam tuemur nisi spoliata uexatamque? atqui melius fuisset
non fieri quam uindicari. quod si inueniretur aliqua ciui-
tas, in qua nemo peccaret, superuacuu esset inter innocen-
tes orator, sicut inter sanos medicus. quo modo uidelicet ¹⁰
minimum usus minimumque profectus ars medentis habet in
iis gentibus, quae firmissima ualitudine ac saluberrimis cor-
poribus utuntur, sic minor oratorum honor obscuriorque
gloria est inter bonos mores et in obsequium regentis para-
tos. quid enim opus est longis in senatu sententiis, cum ¹⁵
optimi cito consentiant? quid multis apud populum contio-
nibus, cum de re publica non imperiti et multi deliberent,
sed sapientissimus et unus? quid uoluntariis accusationibus,
cum tam raro et tam parce peccetur? quid inuidiosis et ex-
cedentibus modum defensionibus, cum clementia cognoscentis ²⁰
obuiam periclitantibus eat? credite, optimi et in quantum

21 dissentionibus **M** || 23 metus *Orellius* || 24 sicut indomitus *Al-
dina a. 1534*: sicuti domitus **O** || 25 laetiores *Rhenanus*: latiores **O** |
tanti *idem*: tuta **O** || 27 bene **O**: bonę **ε** | famam *Muretus*: formam **O**

41. 2 antiqui *Gronouius*: antiquis **O** | horum **M**: forum **N** | tempo-
rum *addidi* | emendatae *Lipsius*: emendare **O** || 4 quis enim **M**: quid
enim (*uel* quidem) quod nemo **N** || 5 clientelam *Pithoeus*: ciuitatem **O** ||
8 fieri *Muretus*: queri **O** || 10 uidelicet *scripsi*: inde **N** tamen **M** || 11 usu **M**;
num usum minimosque profectus? || 13 honor *Orellius*: horum **O** | ob-
scuriorque **N**: obscurior **M**; *num* et obscurior? || 16 optimi *Rhenanus*:
optima **O**

opus est disertissimi uiri, si aut uos prioribus saeculis aut illi quos miramur his nati essent aut deus aliquis uitas ac [uestra] tempora repente mutasset, nec uobis summa illa laus et gloria in eloquentia neque illis modus et temperamentum defuisset. nunc quoniam nemo eodem tempore assequi potest magnam famam et magnam quietem, bono saeculi sui quisque citra obtrectationem alterius utatur'.

Finierat Maternus, cum Messala: 'erant quibus contra-42 dicerem, erant de quibus plura dici uellem, nisi iam dies esset exactus'. 'fiet' inquit Maternus 'postea arbitrato tuo, et si qua tibi obscura in hoc meo sermone uisa sunt, de iis 5 rursus conferemus'. ac simul assurgens et Aprum complexus 'ego' inquit 'te poetis, Messala autem antiquariis criminabimur'. 'at ego uos rhetoribus et scolasticis,' inquit. cum arrisissent, discessimus.

22 aut deus *scripsi*: ac deus 0 || 23 illi *Halmius*: isti 0 || 24 uestra *secluserit Halmius*

42. 6 autem *Weissenbornius*: cum 0

COMMENTARIUS CRITICVS.

Dialogi Tacitei libros mss. notum est omnes fluxisse ex eo exemplari, quod Henoch Asculanus paulo post a. 1450 confecit ex monasterii sine Fuldensis siue Hersfeldensis uetusto quodam codice, qui Taciti Germaniam dialogumque et Suetonii de grammaticis et rhetoribus fragmentum continuit: cf. omnino Michaelisii praefatio, contra quem de Henochi persona frustra dubitationes mouit nuperrime Georgius Voigtius in libri sui 'Wiederbelebung des klassischen Alterthums' editione altera [p. 256 sqq.]. hoc exemplar Henochianum, quod siglum O denotat, periit, postquam duo inde apographa (M et N) facta sunt. quae ut et ipsa delituerunt, ita ad ea redeunt codices hodie superstites omnes. et ex N quidem descripti sunt:

A siue Vaticanus 1862. in conlatione eius a Michaelisio exhibita haec sunt addenda et corrigenda: c. 9, 33 (ed. Mich.) *libertatem*; 11, 10 *in neronē* (ut recte et Hessius et Ritterus adnotarunt); c. 21, 1 *fatebor*; c. 31, 15 *in* omittitur; ib. 35 melius erat adnotare *ciuitatem* (hoc enim uult compendium), ne imperitis faceret officias; c. 38, 5 *dicendo*; c. 40, 17 *nec* et ib. 18 *illius*. haec partim ego ipse olim (cf. Halmii edit. tertiae uol. II p. XLVI not.), partim nunc A. Mauius inspecto iterum codice aperuimus.

B siue Leidensis XVIII Periz. Q. 21, a manu correctrice (b) passim inmutatus ex coniectura scilicet; nam uelle his correcturis proprium pretium adscribere, hoc uero est ignorare Italorum commenta. ipse inspexi obiter, unde locis paucis corrigam Michaelisii apparatus (nonnulla iam Meiserus enotauit): c. 5, 35 *prius* m. 1, *eprius* m. 2 (nil amplius); 12, 9 *in* m. 2 restituit pro *et*; 16, 36 post *ingitis* m. 2 (sic) supra lineam addidit *uideturque*; 21, 22 *mirantur*; 22, 28 *scurilitatem* (r altera m. 1 suprascr.); 23, 2 *illud* ex *istud* correctum; 25, 18 *si uere*, m. 2 *iure* suprascriptum; 31, 5 *exercerent*; 37, 8 *in* omittitur.

Contra ex altero apographo M quattuor potissimum libri perfecti sunt:

C siue Farnesianus IV c. 21, cuius optimam conlationem, quantum quidem suspicari licet, dedit Michaelisius. c. 18, 6 eum exhibere *in ulla* Halmium secutus sumpsit.

D siue Vaticanus 1518. secundum Mauium corrige in Michaelisii apparatus: c. 5, 2 *modesti* habet; c. 15, 6 *maligne in his*; c. 32, 37 *quod*.

Δ siue Vaticanus 4498, quem plurimis locis mihi inspexit Mauius, unde et excerpta a Michaelisio inde exhibita saepius licuit corrigere; habet ex. gr. c. 31, 20 *uersatur*; 37, 2 *stipulabantur*; 40, 30 *formam*.

E siue Ottobonianus 1455, cuius lectiones nonnullae ut iterum examinarentur nulla erat causa.

His accedunt libri quidam recentissimi foedissimeque interpolati, scilicet Parisinus (cf. Eggerus in Zimmermanni Zeitschr. f. d. Alterthumsw. III, 1836, p. 337 sqq.), porro Vindobonensis (cf. Huemerus in Zeitschr. f. d. oesterr. Gymn. 1878 p. 801), deinde Harleianus 2639 a me olim inspectus, denique Vaticanus 2964 et Vrbinas 1194 (cf. Michaelis p. XVIII). quorum omnium nulla omnino est auctoritas ad restituendum archetypum.

Quo debilius atque infirmius est criticae in dialogo fundamentum, eo magis concedet recte in usum uocare parua quae adsunt subsidia. ut in omnibus autem codicibus saeculi XV parte posteriore scriptis, sic in sex librorum supra enumeratorum unoquoque textus in *O* traditus siue ex negligentia siue ex coniectura multis locis nouam induit formam, quae imperitis haud raro fecit fraudes. abstinendum quippe a singulorum codicum lectionibus peculiaribus, sed ex pluribus erendum est id quod *O* aut certe huius apographa duo *M* et *N* praebuerunt. itaque in hoc primum editoris officium consistere apparet, ut certa ratione utriusque familiae lectiones proprias constituat, quid postea per errores correcturasque (s) sit inmutatum securus.


Et *N* quidem familiam hodie in confesso est optime seruata esse in *A* libro rarissime interpolatorem passo summaque cum diligentia scripto. multo saepius iam prima libri *B* manus officio correctoris est functa: cf. Michaelisius [praef. not. 7], qui quidem non dubitare debuit quin omnia quae *B* habet propria Italis (Pontano aliisque) sint tribuenda. ubicumque enim *A* a labe integer cum omnibus familiae *M* codicibus consentit, *B* a reliquis desertus conuincitur nouationum. habuit *N* interdum in margine adscriptas librarii coniecturas lectionesque uarias; quae res aliquam in libris *A* et *B* effecit hic illic differentiam. ueluti c. 5, 3 id quod *M* (= *CΔ*) habuit *cogitationibus* etiam in *N* existit, suprascripta tamen correctura *cognitionibus*: hoc recepit *A* (unde in *DE* fluxit: cf. infra); illud seruauit *B*, sed ut et ipse postea corripseret in hoc, sic relinquens tamen ueri indicium.

Impeditior multo est quaestio de altera familia *M* restituenda; certe nemo eam adhuc rite profigauit. nam Michaelisius eo potissimum a uero aberrauit quod codicis *D* naturam indolemque minime perspexit. is enim, quamquam in uniuersum suae classis prae se fert proprietates, multis tamen locis facit cum *N*. quibus locis cum huius familiae scripturas confirmari putaret, ceterorum autem (*CEΔ*) lectiones interpolationis coargui, ad falsa concludenda non potuit non delabi Michaelisius. sed quid de *D* sit statuendum, docebant te loci quales sunt c. 30, 2, ubi *N* habet *uocatis*, *M* (= *CEΔ*) autem *uocant*, denique *D* utramque scripturam coniungens *uocatis*; porro c. 37, 23 *N*: *habendus est*, *M*: *habendus*, *D*: *est habendus*, in eo unde fluxit codice *est* suprascriptam fuisse ostendens. unde apparet *M* ipsum auum esse libri *D*, huius autem patrem multifariam ad familiam *N* fuisse correctum. iam *C* siue Farnesianus, inde a Lipsii tempore multum celebratus, ut propriis scatet uitiis (cf. Michael. not. 17), sic a *D* ita diuersus est ut multo rarius ex *N* inquinatus esse uideatur. sed tamen eum eodem cum *D* patre uti, ostendunt lectiones nonnullae amborum plane

propriae: c. 7, 4 *praetura*; 15, 14 *abiisset* (habet enim Δ *absit*); 17, 5 *adscribitis*; 18, 32 *interrogas*; 22, 28 *fugiet*; 26, 24 *deuectus*; 35, 26 *persequuntur* (Δ habet *proseq.*); 40, 4 *sila*; 40, 15 *accepimus*. commune igitur exemplar his lectionibus insigne a uariis lectionibus ex \mathbb{N} petitis adhuc liberum erat tum cum C inde neglegenter describebatur; sed idem paulo post eam quam dixi conlationem (adhibitus est autem liber A) passum alteram edidit prolem librum D contaminatum.

Addam hic pauca de E siue Ottoboniano omnium liberrime inmutato. cuius ea est condicio ut et ipse saepe inspecto familiae \mathbb{N} codice quodam (A , ut credere licet) a sua familia descuerit, propriis praeterea coniecturis indulgens (cf. Michael. not. 11) nouasque inferens corruptelas.*) ceterum fluxit ex ipso \mathbb{M} .

Falsa autem de D sententia concepta, prohibebatur Michaelisius, quominus de libro Δ recte iudicaret. is enim, quamquam suis *uitiis* minime carens, eo tamen ceterae familiae \mathbb{M} suboli praestat quod numquam ex \mathbb{N} est correctus, numquam ex studio emendandi est inmutatus. nam quae sola iam restant ex exemplis a Michaelisio [not. 19] prolatis, scilicet c. 26, 1 *optimo* et porro c. 8, 2 *eprium*, eiusmodi sunt ut iure ambigas, casune an uoluntate ea restituerit scriba. et quod habet c. 23, 9 *cui aufidi*: demonstrat E exhibens *aufidi*, iam in ipso \mathbb{M} fuisse *au* scriptum supra traditum *cui fidi*; quod spreuit tertium apographum (= CD). eademque est ratio c. 38, 4 *paucissimas perorare*, ubi iam in \mathbb{M} additum erat *s.* (= scilicet) *horas*, unde assumpti librorum CD parens (seruauit C , recusauit D), Δ *horas* in ipsum recepit textum. uniuersam autem libri Δ indolem aestimanti apparet eundem eum locum in \mathbb{M} familia optinere atque A in \mathbb{N} ; euaditque iam stemma tale:



unde intellegitur, esse ubi \mathbb{M} restituatur ex ΔCE (uel ΔC), ubi D ex \mathbb{N} est correctus (rarius D et E simul), aut ex ΔDE (uel ΔD), ubi C propriis laborat corruptelis (praeterea E ex \mathbb{N} est inmutatus); esse denique ubi ΔE contra tertium apographum (CD) ueram lectionem seruauerint. exemplo rem exponam. c. 29, 8 habent A : *improbitati* (\neq *nec* supra *im*), B : *nec probitati*, C : *nec* $\equiv \equiv$ *probitati* (erasum *im*), D : *nec improbitati*, ΔE : *improbitati*. itaque \mathbb{M} (= ΔE) habuit *improbitati*, quod in x correctum est suprascripto *nec* (unde utraque lectio in CD seruata est); etiam in \mathbb{N} *improbitati* legebatur ita ut *nec* pro correctura adpositum extaret: seruauit utrumque religiose A , audacius B in textum correcturam recepit. uides quo iure dixerim in apparatu, *improbitati* fuisse archetypi O scripturam, *nec probitati* Italorum coniecturam (ξ). quo modo si ubique quam acerrime inuesti-

*) et D et E cum ex A multa adsumperint pro suo quisque captu, apparet cur interdum uterque cum A congruat. ueluti c. 5, 39 *partim* uitiose A scripserat: receperunt DE . hic libri B cum ceteris familiae \mathbb{M} testibus consensus quid habuerit O patefacit.

gamus quid in singulis familiarum **M** et **N** libris aut nouatum sit siue proprio Marte siue comparata altera classe aut peccatum ex mera scribarum negligentia, id quod ipsa **M** et **N** apographa horum exemplar **O** praebuit fere nusquam latet, eum praesertim qui ex longo usu Italorum commenta agnoscere et genuina a spuris discernere didicit.

Abiectis igitur singulorum librorum friuolis interpolationibus turpibusque erroribus, qui iam neminem possunt in fraudes inducere, ipsa **M** et **N** apographa reciperauimus. quaeritur nunc, utrumnam horum, ubi inter se dissentiunt, maiore cum fide archetypum **O** retinuisse credendum sit. priores autem quod **N** longe praetulerunt, id inde explicatur quod usque ad a. 1841, quo L. Trossius libri Leidensis primam cum doctis communicauit notitiam, tantum pessimo quoque familiae **M** codice utebantur (Vindobonensi Parisino Farnesiano). quid igitur mirum est, si inuento Leidensi (qui sane istis libris saepe multo est purior) magisque etiam protracto postea in lucem Vaticano **A** egregia criticae subsidia nactus se esse putabant? quo praeiudicio occupatus ne Michaelisius quidem, qui primus **M** quoque familiae et plures et integrioris testes adhibuit, quid rei esset acriter indagauit, sed pro uirili parte classis **N** famam multis elatam laudibus sua ipsius falsa ratiocinatione propagauit atque auxit. nimirum qui ex **N** descenderunt libri **A** et **B** maiore cum diligentia sunt exarati, negligentius qui ex **M**. nec tamen in hac re uersatur quaestionis summa, sed in recte aestimandis **M** et **N** ipsis. hos codices secundum artis regulas restitutos si accurate examinamus, subito indicium plane inuenitur apparetque **N** quamquam ipsum peiorem tamen usum esse filiis melioribus, contra a nobiliore **M** patre magis degenerasse prolem. nobis autem quoniam soli patres in censum sunt uocandi, tu abiecta falsa ista opinione lectiones quas **M** et **N** habent proprias ita inter se compara ut Italorum ingenia studiaque semper respiciens inuestiges, utrae illarum fidelius ipsum **O** reddant: **N** non potes non concedere saepius multo esse deturpatum cum leuibus correcturis tum uero supina librarii negligentia, **M** uero quamquam non integrum a corruptione tamen et longe pauciores errores prae se ferre et fere nusquam esse interpolatum. uide modo quae Michaelisius ad tuendam suam sententiam, qua **M** potius ex libidine refectus dicitur, protulit exempla [p. XII]:

N : c. 22,	4 oratores aetatis eiusdem	M : eiusdem aet. oratores
22,	9 iam senior	senior iam
30,	21 artis ingenuae	ingenuae artis.

demonstrauit infra in commentario, duas scripturas libri **M** priores plane respondere usui Taciteo, tertiam subtiliorem multo esse; et his locis (ut et aliis haud paucis) nemo eo usque progredietur ut adfirmet doctum aliquem Italum penitus sese insinasse in dicendi genus Taciti proprium. nam oportet ille quem finxeris corrector Italus tam singularis dexteritatis fuerit criticus, qualis inter omnes dialogi editores commentatoresque adhuc non extitit. sequitur igitur eum qui **N** scripsit errauisse. pergit adferre Michaelisius:

N : c. 18,	30 quidem autem	M : autem
31,	24 omnem orationem	orationem

N: c. 24, 14 tantum	M: in tantum
28, 31 militarem	rem militarem
31, 11 haec	haec ipsa
31, 42 haec	haec quoque.

ex his c. 24, 14 *in tantum* iterum est dictio dialogi plane propria; c. 31, 12 et 42 si solum *haec* in **O** esset traditum, nemo Italus animum induxisset deficiente scilicet causa iusta addere *ipsa et quoque*, quae quomodo in **N**. scilicet omitti potuerint facillime perspiciamus. ceteris autem locis tum de Italorum correcturis fortasse liceret cogitare, si ex aliis locis grauioribus de classis **M** interpolata indole constaret; nunc si solitam potius familiae **N** neglegentiam his quoque locis incuso, nemo quod iure mihi opponat habet. nolo hic componere quae passim in commentario inueniuntur exempla, quibus quantum **M** praestet alteri classi euincitur; ex his autem locis, quorum et maxima in *tota* quaestione est auctoritas et numerus superat, sequitur maiorem penes **M** fidem esse etiam ibi ubi per se quidem utriusque familiae lectiones eiusdem sunt pretii.

Sic restituto **O**, quem solum hodie licet restituere, quid tandem consecuti sumus? illud nimirum uetustioris codicis apographon, quod Henochus incertum quam accurata diligentia fecit. quodsi ita nobis fauisset Fortuna ut superesset alterum codicis illius exemplar (quale in Germania suppeditat liber Hummelianus), quot locis nobis liceret corrigere Henochum! et ille ipse unde **O** fluxit codex Germanicus num ita uetustus fuerit, equidem nunc dubito inclinoque in sententiam Rothii, qui eum saeculo XIII non antiquiorem esse dixit; quam sententiam sane commendant haud pauci loci, quorum corruptelae ex compendiis illo aeuo consuetis explicantur. quorsum hoc disputo? ne obliuiscamur scilicet longissimum illud quod **O** praecedit tempus, quo plurima diuersissimaque uitia inreperere nouaque menda generare potuerunt, neue nostris codicibus recentissimis plus aequo inhaerentes neglegamus officium critici ueri, qui contemptis omnium sordium admiratoribus certo iudicio suum reddere studet scriptori cum maxime tractato. — exhibui in apparatu critico duarum familiarum **M** et **N** scripturas ita ut fere omitterem orthographica, in quibus ut Henochus ita insecuti librarii sua quisque consuetudine utebantur.

c.1 10 *si mihi mea sententia*. a consueta magis uerborum collocatione *mea mihi sententia*, quam Schurzfleischius hic restitutam noluit, ideo deflexit Tacitus quod *mihi* et *disertissimorum hominum* inter se opponuntur; cf. 32, 31 *a uobis aperiri aequum est, quoniam quidem ego iam meum munus expleui*.

16 *cum singuli diuersas uel easdem sed probabiles causas afferrent*, dum eqs. haec uerba a Tacito sic quidem scripta esse, recte negarunt plerique omnes. nam ut alia iure molesta mittam, scriptoris est bene sani, causas adferendas ita inter singulos sermonis participes distribuere ut omissis repetitionibus alium alias faciat edisserentem. sed in sananda corruptela in diuersa omnia abiire. *causas* intellegendas esse apparet *corruptae eloquentiae*; quas quia Aper minime adfert, *singuli* necesse est accipiantur Maternus Messala Secundus. unde primo per-

spicitur quam falso scripserit Peterus *cum singuli diuersas uel easdem partes agerent, sed pr. c. a.*; sic quippe Aper hinc excludendus simul commemoratur. nec minus elucet Andresenum uerba *singuli* — dum eicientem (quae quomodo tandem in textum inreperunt?) prae suspectare illud *singuli*; nec quod pro *diuersas* potius *uarias* desiderat, rectius se habet. neque enim corruptae eloquentiae causae magis diuersae proferri possunt quam a Messala eas ad malos mores malamque educationem referente et a Materno temporis sui quietam tranquillitatem in partes uocante. et Secundum quoque ab his diuersa edisseruisse in oratione nunc intercepta, ex nostro loco discendum est critico circumspecto (cf. quae infra ad c. 35 extr. disputata sunt). itaque, ut anteriores omnes intellexerunt, sola uerba *uel easdem* traxere uitium. haec ipsa delebat Lipsius improbabiler, scripserunt *diuersas sed ualde easdem* (uel *sed eas ualde*) Acidalius, *diuersas sed easdem* C. L. Rothius (cui memini O. Iahnium praeferre *diuersas, easdem*). quibus in commentis omnibus restat aliquid scrupuli siue a latinitate siue ab artis probabilitate. quod repositi ego *diuersas eas quidem sed* (de dicendi genere cf. Kuehnerus, amplioris gramm. lat. II 454 sq.), id ita labe affectum esse puto ut, postquam *easdem* pro *easdem* esset exaratum, q supra lineam additum pro *t* (= *uel*) acciperetur falsoque insereretur textui. — uerba quae secuntur *dum formam sui quisque et animi et ingenii redderet*, artius illa cum uoce *probabiles* coniungenda, hoc modo a uanis suspicionibus sunt uindicanda ut enuntiatii primarii coniunctiuum *afferrent* ualuisse in secundaria sententia aiamus. ceterum quod ex familia M recepi *redderet*, id quo iure fecerim te docebit Maduigius ad Cic. de fin. V 15, 42: singularem difficiliorem pro genuina, pluralem expeditiorem mala ad praecedens illud *afferrent* adsimulatione natum pro interpolata lectione habere artis iubent praecepta.

17 *iisdem nunc numeris iisdemque rationibus*. intolerabilis uox *numeris*. sunt qui ad rhythmos referant: qui ut auribus percipiuntur ita in oratione scripta seruari reddique uix possunt (et quid hoc sibi uult *rhythmis persequi*?); sunt qui *rationes causasque* explicent: quod refutat additum *iisdemque rationibus*, cum ob repetitum *iisdem* de synonymorum copulatione cogitare non liceat, unde hoc ipsum colon eiecit ut interpretamentum Eichstaedtius; denique Bernhardt accersito sermone palaestrico (cf. Quintil. XII, 2, 12) interpretatur *partes gradusque*: cui sententiae obstat otiosissima sic clausula *seruato ordine disputationis*, cum partes seruare sit proprium ordinis officium; et iterum hoc *aliquid partibus persequi* reformido. teneo igitur quod olim proposui, *numeris* scilicet in *uerbis* transformandum esse. iam enim *uerba* et *rationes* et *ordo* rite designant omnia quibus continetur disputatio; iam illis *excogitata subtiliter et dicta grauiter* per chiasmi figuram recte respondent *iisdem uerbis iisdemque rationibus*. et bene monet Knautius [obserrat. criticae in Tac. dial., Magdeburgae 1879], recepta hac mutatione adludi ad eam artem, qua Tacitus in hoc libello unumquemque disputationis participem proprio et peculiari dicendi genere utentem facit; qua de re postea dicam. saepius autem in *numerus* uocabulo a scribis peccatum est in dialogo.

19 *neque enim defuit qui diuersam quoque partem susciperet*. iusta uocis enim explicatio nondum prolata est. quam spectare censeo ad

id quod praecedit *disputationis*, ut sit sensus: nam ut iusta disputatio (non solum sermo) esset, effecit id quod aduersarum quoque partium propugnator adfuit. ceterum uide num pro *diuersam* potius *aduersam* sit rescribendum. quamquam enim *diuersae partis aduocatus* et similia dixerunt argenteae latinitatis scriptores (quod paucis quae attulit exemplis non refutauit Buechelerus mus. Rhen. XXVII p. 475), tamen *suscipere diuersam partem* eo quo hic adhibetur sensu num dixerint dubito. et cum iam praecesserit *diuersas causas* (quae esse potuit corruptionis ansa), eo magis clare et aperte designari debuit Aper tamquam is qui contradicendi sibi partes sumpsit.

- c. 2 2 *tamquam in eo tragoediae argumento sui oblitus tantum Catonem cogitasset.* secundum usum senioris latinitatis *tamquam* non ex scriptoris mente ponitur, sed causas indicat, quibus alii in iudicando ducuntur. quem usum non respiciens praeter necessitatem Sauppis uoluit *tamquam non.* spectant autem uerba illa ad id quod proxime antecedit *diceretur*; cf. c. 3, 4 *nililne te fabulae malignorum terrent?* itaque per rumigerantium sermones in urbe percrebuerat fama, mox illa ad amicorum quoque aures perueniens, Maternum recitato Catone offendisse potentiam animos ob causam in lemmatis nostri uerbis expositam. in quibus ut cetera aperta sunt ita cur Maternus *sui oblitus* audiat non claret. nam siue sui oblitum animo tibi fingis eum qui quid sibi dignitatisque suae debeat non respicit (ut apud Cic. Phil. II 5, 10 et alibi): hoc obiectum tum demum locum haberet, si acceptis beneficiis Maternus potentibus obstrictus obligatusque fuisset; siue eum qui salutis inmemor rem suscepit audacem atque periculosam: miranda profecto est aulicorum de poetae persona cura atque sollicitatio; siue denique eum qui a priore carmina pangendi ratione desciscens nouam inuit uiam: numquam ille, quantum quidem ex nostro libello intellegimus, alia emiserat poemata quam quibus libertatis existeret uindex. potuerunt autem potentes iure sic ratiocinantes fingi: 'quo purum putum Catonem iste exhibuit? quid ultimo illi atrocissimoque liberae reipublicae adsertori cum nostrorum temporum pacato tranquilloque statu?' itaque donec in suspectandis uerbis *sui oblitus* me falsum esse iusta eorum interpretatione (non, ut nuper factum est, uerbis inanibus) optinebitur, persisto in emendatione proposita, qua *saeculi* aut ex *sui* (*scit*) eruendum aut uel ante uel post *sui* inserendum esse significauit. et hanc quidem rationem nunc propterea praetuli, quod numquam in dialogo nudum saeculi uocabulum legitur, sed additur semper pronomen siue demonstratiuum siue possessiuum. et emendatio nostra, ut est suis commendata argumentis, ita stabilitur atque corroboratur totius dialogi respectu habito. nam et Aper hos inimicorum sermones ob oculos habet monens c. 10 *nobis satis sit priuatas et nostri saeculi controuersias tueri* et Tacitus, ut infra demonstrabitur, Maternum contra illos defendere edito hoc libello studet.

6 *quos ego in iudiciis non utrosque modo studiose audiebam.* absurdam plane oppositionem primus animaduertit Schopenus idemque omnium optime remouit traiciendo; quo corruptelae genere haud raro dialogi textus est turbatus. minus bene Ritters *utrosque* deleuit, Nipperdeus *non in iudiciis modo utrosque* praetulit.

16 *tamquam maiorem industriae et laboris gloriam habiturus.* si

Aper omni eruditione imbutus contemnebat potius litteras quam nesciebat, si ingenium suum nullis alienarum artium (hoc est, studiorum quae oratori non necessaria esse finxit) adminiculis inniti uideri uoluit: cur tandem, obsecro, industriae et laboris gloriam habere cupit? nam non sine dolo quodam Andresenus hunc laborem industrium intellegit eum, quem Aper more nouorum rhetorum in scholasticis controuersiis et declamatoriis exercitationibus (cf. c. 14) consumpserit. sed hoc nisi uerbis disertis significatur, laborem illum non licet explicare alium quam in acquirenda eruditione litteraria positum. quod perspicens Vahlenus proposuit *maiores* <quam> *industriae et l. gl.*, non recta sententia nec bene per se. genuinum quod puto *industria et labore*, id corruptum est eo quod *industriae* (adhaerente e proxima) prae scriptum traxit uoculam sequentem. contemptorem litterarum propterea se gessit Aper, quod plus gloriae sibi promisit ex studiis in eas impensis, si his dissimulatis solum ingenium suum homines admirarentur.

9 tum ille: *leges tu, quid Maternus sibi debuerit, et agnosces* c. 3 *quae audisti.* loci difficultatem optime explanauit Nipperdeus [opus. p. 274 sqq.]: haec uerba latinis auribus nihil sonare nisi 'leges me disputantem super hac quaestione, quid Maternus sibi debuerit'; neque tamen de hac re, sed de legenda Catonis tragoedia agi. restituit igitur uir acutus *leges, inquit, si libuerit, et agnosces quae audisti* uolentissime et sine ulla probabilitate. nam ut omittam illud cum grauitate superbiae pulchrae plena dictum *quid M. s. debuerit* plane perire, quid magis superfluum est hoc *si libuerit*? neque tamen hoc in causa esse debuit Halmio, cur nihil mutandum esse pronuntians *leges* interpretaretur *legendo intelleges*. quod ut nostrae cogitandi dicendique rationi aliqua ex parte congruum, ita a latino sermone utique alienum est; et pepercit Halmius adferendis quae adferre debuit exemplis [cf. mts. Rhen. XXVIII p. 499 sq.]. neque hac falsa interpretatione remouetur id quod itidem uituperauit Nipperdeus, post forte scilicet *leges q. M. s. debuerit* iam mirifice languere id quod subicitur *agnosces quae audisti*. itaque lenius remedium ut circumspectiatur restat. iam eam sententiam, in qua Nipperdeus nihil relinqui dubii agnouit ipse (*leges quae audisti; id enim Maternus sibi debuit*) reciperaui traiectis duobus membris: *leges tu quae audisti et agnosces quid M. sibi debuerit*; hoc est: eadem quae aures tuae in recitata tragoedia audire, in edita oculi quoque tui legent; iamque abiecta ista tua suspicionem intelleges, me spectatum a mentis linguaeque libertate uirum decuisse ut liberas uoces, quas in amicorum circulis recitauit, etiam in publicum ederem sine timore. — iterum ne mihi obiciatur, agnoscendi uerbum non admittere eam quam restitui constructionem, tu uide ex gr. Ciceronem Acad. I 3, 9 *ut possemus aliquando qui et ubi essemus agnoscere*. neque sollicitanda uocula tu, quae inde ab Enniano unus erit quem tu tolles in caerulea templa interdum etiam ubi deest oppositio additur ad corroborandam adfirmationem (Seebodius tu quidem proposuit).

11 *disposui iam et intra me ipse formauit.* scripsit omnino *intra me* ipsum Tacitus, qui quando in his nominatio quando alii casui esset locus optime, ut par est, sciuit: c. 3, 20 *nouum tibi ipse negotium imperasses*, c. 7, 1 *ut de me ipso fatear* (ubi pessime Leidensis ipse). recte Tacitus ann. XIV 53 *adeo ut plerumque intra me ipse uoluam*

('ich von meiner Seite denke bei mir'): opponitur enim altera persona. quae ubi non opponitur, semper dixere (nec aliter potuerunt) sic ut Quintilianus ab Hessio adlatus [XI 3, 2] *quae intra nosmet ipsos composuimus*.

16 *omne tempus modo circa Medeam ecce nunc circa Thyestem consumas etiamsi non nouum tibi ipse negotium importasses, Domitium et Catonem . . . Graeculorum fabulis aggregares*. habent haec uerba quod primo optutu miremur. finierat modo Maternus Catonem, iam Thyestem meditatur. est igitur in propatulo artificium Apri norum rhetorum more argutius quam rectius loquentis. paria enim dum componit, quattuor Materni tragoedias ita distribuit ut priore loco fabulas graecanicas faciliores, posteriore maioris moliminis praetextas coniungeret, temporis ordinem non curans. quamquam, si arte uolumus premere uerba illa, facile intellegimus, ita sese dramata priora excepisse ut praesiret Domitius, sequeretur Medea; neque dubito equidem pronuntiare, Domitium illam ipsam fuisse tragoediam, cuius recitatione secundum c. 11 Vatinii potentiam fregerit Maternus (aliter statuit L. Muellerus in Fleckeis. ann. 1868 p. 419 sq.). sed ut in uiam redeam, possumus talia artificia improbare atque respuere tamquam parum feliciter excogitata (eodem quod hoc loco habetur artificio cum lepida puto irrisione utitur Messala c. 26, 25 uerbis ab Apro c. 21 prolatis respondens), sed cauendum est ne more modoque Vahleni haec culpa demus optimo scriptori, qui egregia arte non solum in rebus sententiisque sed etiam in uerbis et loquendi genere uiuidam expressit imaginem eorum qui disputationi interfuerunt; qua de re post alios nuper disseruit Knantius [p. 17 sqq.]. multo etiam magis atque ueneno acrius fugienda est illa acrisia, ut ad talium locorum similitudinem defendere conemur quae librarii in Taciti oratione peccauerunt. ueluti idem Vahlenus uel in uerborum naeuis sordibusque eis, quas nullum bonum scriptorem Romanum admisisse certum est, Tacitum potius quam scribas mauolt inusare cum alibi tum hoc ipso loco. sine cunctatione admisi Acidalii mutationem; nam haec dictio *sibi negotium importare* tam parum ferri potest quam *negotium inuehere*; nec huc pertinet Cic. de off. II 13 *siquid importetur nobis incommodi* (sic), hoc est, extrinsecus inferatur. illam autem scabritiem *importasses aggregares* Pithoeus scribendo *aggregare*, Niebuhrius inserendo *ut ante Domitium* submouebant; mihi quod olim lenius est uisum *aggregans* nunc animaduerti iam ab Orellio in editione a. 1830 obiter esse iactum.

- c. 4 9 *sanctiorem illam et augustiorem eloquentiam colam*. praeter necessitatem et respuentibus auribus nuper Vahlenus *eloquentiam colam solam*. — est autem hic paucis disserendum de perpetua uocabulorum *ille et iste* per uarias formas confusione. saepissime enim familia **N** praeue *iste* (ut hic *istam*) praebet, ubi huic uoci (ut post Michaelisium plerique agnouere) nullus est locus recteque **M** scribit *ille* (ut hic *illam*). quae differentia explicanda mihi uidetur inde quod Henochus solito saeculi sui compendio *i* pro *ille*. (*i* = *illa*, et sic per ceteras formas) exarauerat; quod compendium recte interpretatus est is qui **M** scripsit, falso qui **N**.
- c. 5 2 *probi et modesti iudices* recte **M**, quod **N** *moderati* scribens deprauauit. *probitas et modestia* eodem sensu coniunguntur c. 29 et

40; *moderatus* aliud significat, cf. 40, 22 *nulla in iudiciis moderatio*. est enim *modestus*, qui modum tenet, hoc est, quid suscipere possit scit. et probitas Secundi in eo cernitur quod ut poetarum amicus se excusauit; modestia explicatur uerbis *porro si poetica accusatur, non alium uideo reum locupletiolem*, id est, maiorem grauioremque; et in causa tam difficili iudicare, suarum uirium esse negat Secundus.

11 *et ego enim quatenus arbitrum litis huius inueniri non patiar Maternum societate plurium defendi*. his ut uitam redderet, Pithoëus et deleto (*etenim ego Orellius maluit inueni restituit inuenimus nuper Wagnerus*). qua sententia nil potest esse falsius peruersiusque, ut recte uidit Andresenus [em. p. 136]. nam cum Secundus, quem Maternus oblatum in hac lite iudicem laetatus erat, hoc munus plane respuisset, quomodo Apro licuit exclamare *quatenus arbitrum litis huius inueni*? hic enim si non accepit excusationem illam (Ribbeckius mus. Rhen. XXVIII p. 502), ante omnia Secundi dubitationes dissoluere debuit, eoque magis quod is quodammodo praeuenit Apri recusationem uerbis *antequam me iudicem Aper recuset*. certo igitur scit Secundus, se non acceptum iri arbitrum ab Apro: et hic nihil haec omnia curans (*Secundum*) *arbitrum inueni* dixisse censendus est? coniecit autem Andresenus *ego enim, quatenus a. l. h. inueniri <non puto>, non patiar*, non obseruans conectentem inter se sensuum ordinem. nec enim propterea, quod arbiter non adest, Maternum a ceteris defendi uetat Aper; sed hoc ipsum quia fieri omnino posse negat, ideo nec arbitrum inter eos inueniri contendit. dicam hic uno uerbo de *societate plurium*. scilicet *plurium* cum quodam contemptu positum fere aequat graecum τῶν πολλῶν; cf. praeter alia Senecae ad Heluiam [c. 16] uerba: *non te maximum saeculi malum, impudicitia, in numerum plurium adduxit*. censet igitur Aper, Maternum non esse unum ex multis, qui causis agendis impares poeticae studeant, sed hos ut natum oratorem longe superare; quodsi talis homo leuiora malit studia poetica colere, non debere eum ullo modo τῶν πολλῶν auxilio defendi, qui qua de re in causa illa agatur non intellegant. et iam ipso uerbo *defendi* significat, quodnam arbiter ex illorum numero sumptus iudicium sit laturus. nunc contemplerur totum. securos esse Saleium Bassum huiusque similes propterea iubet Aper quod omnium minime in ipsam poesin litigaturus sit (et quanti hanc aestimet ipse c. 10 declarat); sibi rem esse cum uno soloque Materno, scilicet non propter poesin amorem sed propter omissa studia oratoria accusato ideoque in causa plane singulari uersato. est autem hic locus breuiter agendi de uerbis proximis sic in codd. traditis *sed ipsum solum apud eos arguam*. in quibus coniecturam temptantes (ut *apud uos Lipsium, apud te coarguam* Weissenbornium, *apud te o Secunde Meiserum Ribbeckiumque*) omnes a uero aberrasse euicit Andresenus, certa et a sententia quidem indubitata emendatione reponens *apud te coarguam*. nimirum non aderat iudex alius quam ipse Maternus, apud quem litem intendere liceret (cf. ex gr. Catonis dist. III 17, 2 *cumque reus tibi sis, ipsum te iudice damna*); et ad hunc derigit Aper accusationem longa quae iam c. 5—10 sequitur oratione. quibus ita se habentibus num praefracte negare potuit idem, arbitrum litis huius non inueniri? qui etsi inter poetas poetarumque amicos, ut erat res, sane non extitit, at ipsum tamen Maternum de se

indicare, ipsum audita accusatione in sua causa arbitrum esse uult Aper. relicta ergo ex parte uia, quam ante ingressus sum, duas quae sunt in hoc enuntiato offensiones (*et ego enim porroque quatenus — inueniri*) sic nunc remouendas duco *nego enim alienum arbitrum l. h. inueniri: non patiar* eqs., ut quemadmodum *alienum* et *apud se*, ita *plurimum* et *ipsum solum* ex contrario stent reddaturque prioris positi per asyndeton explicatiuum ratio.

15 *complecti prouincias possit*. complectimur quidquid nacti possidemus et tenemus; *prouinciam complecti* uereor ut accipere liceat aliter quam legitur apud Curtium VI 3, 4 *plures prouincias complexus sum quam alii urbes ceperunt* aut apud Liuium 44, 1 *populi R. iam terrarum orbem complectentis*. nam quod Schurzfleischius scilicet *patrocinio* mente subaudiendum dicit: hoc, nisi additur, unde tandem assumere nobis licet? neque tamen id ipsum textui inserendum est; hic enim cum requiratur quod respondeat illis *parere s. e. t. amicitias* et *asciscere necessitudines*, orationis aequabilitati potius consulat qui ex ipso *procinia* neglecta lineola *prouincias* corruptum esse sibi persuadebit. iamque trimembris haec sententia *qua — possit* omnia ut uerba ita nomina habet synonyma, expulsa ea notione cui demum in uerbis sequentibus *quo non aliud* eqs. est locus.

17 *uel ad uoluptatem honestius*. de huius supplementi Schultingiani necessitate (cf. c. 6, 1) etsi nulla est inter doctos dubitatio, in eo tamen iidem dissentiunt siue *honestius* an *suauius* (sic Classenus) uel *dulcius* (Ritterus) praeferendum. sed qui totum caput sextum septimique initium usque ad uerba *quid? fama* attente perlegerit, is uocabulum magis in uniuersum patens desiderabit, siue *honestius* (quod retinui) siue *purius* uel *sanctius*.

20 *omnia consilia fataque per nostra dirigenda sunt*. mirum uitium, feliciter illud ab Italis sanatum, eo nisi fallor ortum est quod C littera, simillima illa ei quae est P, supra FATA antiquitus scripta erat. — semel hic moneo, me formam bonis scriptoribus usurpatam neque ante tertii p. Chr. n. saeculi barbariem depulsam *derigere* ubique Tacito restituisse. praecipit Agroecius recte facto discrimine [p. 115, 15 K.]: *derectum in rectum uadens, directum in latera [rectum]*. scripturae *derigere* exempla in codd. seruata collegit Franckenius [Mnemos. a. 1880 p. 221]; quibus adde optimorum Quintiliani codd. usum.

26 *sin proprium periculum increpuit*. increpandi uerbum etiam ubi translate usurpatur notionem primariam seruat, ut in loco Liuii a Lipsio adlato [IV 43, 10] *siquid increpet terroris* (uertas germanice: wenn irgendeine Schreckensbotschaft laut würde). bene igitur Weinkauffius [p. 182] de integritate lectionis traditae dubitans coniecit *ingruit* siue *inrumpit*. et hoc quidem ut fortius uerbum facilius negotio restituendum (*inre^upit*) in textum recepi.

28 *quam reo et periclitanti*. adstipulor Acidalio et Heumanno et non tolerantibus. neque enim de quouis reo est sermo, sed de eo qui in discrimine uersatur; nec, ut ipsa res monet, *reus* et *periclitans* sunt synonyma. *reo periclitanti* porro et *in acie* uere demum sibi respondent. non tamen extirpare uolui uoculam illam, sed mutare potius in

est, quod huic alteri membro firmitatis aliquid ac roboris addit (Vahlenus nuperrime *quam reo et periclitanti eloquentia, <quae est> praesidium* coniecit).

29 *uel in iudicio siue — siue.* prae Mureti emendatione Nipperdeius [opusc. p. 277 sqq.] maluit *uel — uel — siue*; cuius uidenda accurata disputatio.

32 *qui accinctus et minax.* credi paene nequit, nuper Peterum certam Ursini emendationem spreuisse; puto, ut Marcellum uere armatum eoque minaciorem in senatu faceret loquentem. male autem contendit, *qua* et *minax* non bene coire. quid enim quominus hoc colon et (*ita*) *minax* pro se positum sumamus prohibet?

2 *non uno aliquo momento, sed omnibus prope diebus ac prope c. 6 omnibus horis.* recte prius *prope* in dubitationem uocauit Andresenus [p. 170], utpote cogitandi legibus repugnans: quidquid omnibus prope horis contingat, necessario euenire omnibus diebus. neque huic uitio mederi licet coniciendo *locis* (uel *foris*) pro *horis*: solum tempus commemorari flagitat praecedens *non uno aliquo momento.* sed hoc ipsum colon accurate perpensum monstrare uiam ad recipiendum uerum (nam Andreseno breuiter uocem incommodam delenti accedere demum licet, si frustra temptata sunt solita remedia), monuit Steudingius *omnibus prorsus diebus* proponens. melius puto inter se opponi *uno aliquo* et *omnibus porro.* haud raro autem uox *porro* abiit in *pro*; quo facto consentaneum est *prope* correctum esse. quod enim ipsa res nimia effertur exaggeratione, sane ferendum est.

12 *homines ueteres et senes et totius orbis gratia subnixos.* non posse *ueteres* et *senes* ut synonyma copulari certum est; nam quod noto loquendi genere poetae *uetus senex* similiterue coniungunt hominem uietum debilemque senecta significaturi, nihil ad rem. nec uero sunt *ueteres* uiri uetustae nobilitatis, immo ipsos designant maiores. aliis autem uerbis idem hic dicit Aper quam paulo ante sic *illos quin immo orbos et locupletes et potentes*; unde non sequendum Acidalium *ueteres* obelo notantem tam manifestum est quam Hauptianum *senatores* pro *senes* reiциendum esse. melius Heinsius *ueteres* mutauit in *diuites*, alia quoque minus probabilia (ut *caelibes*) coniciens. ceterum traditum orbis retinui, etsi fateor habere quo placeat Pithoeanum *urbis*.

16 *quod id gaudium consurgendi.* latinum quid esset sensit corrector Italus *id* in *illud* refingens. fortasse Henochus ^{id} ita scripserat ut ab *id* uix discerneret (cf. supra ad c. 4, 9 notata). itaque neque *id* auctore Puteolano eliminandum neque cum Andreseno male *quid? quod gaudium* restituendum.

17 *circumfundi coram.* sustentauit hoc contra Acidalii coniecturam uulgo receptam *coronam* Vahlenus ita ut *coram* explicaret 'ipso aspiciente oratore; cuius animus quid ex eo concursu hominum laetitiae percipiat declarare studet Aper'; collegitque Handium in Tursellino II p. 127. melius autem retento *coram* hoc enuntiatum unum habet subiectum *populum.* — paulo post spreuimus falsum Andreseni commentum *quemcumque orator uoluerit.* cuius dubitationes [em. p. 109] ut nullo negotio refelluntur aliorum scriptorum locis (cf. Cic. de orat. II 45, 189 sq. et Horatianum *illud si uis me flere, dolendum est primum ipsi tibi aliaque multa*), ita *uoluerit* ab illo repositum propterea stare

nequit quod, nisi additur *ab iis accipi*, mente supplere licet solummodo *accipere* (pessime ut ipse orator dicatur accipere), ut ipsa Andreseni exempla (Cic. de orat. I 19, 87; Brut. 49, 185) demonstrant. induere oratorem scilicet sibi affectus eos, quos in aliis mouere uelit, sententia est plana; de induendi uerbo cf. *Miscellanea nostra Critica* [p. 134 sq.].

27 *quamquam alia diu serantur atque elaborentur. nec alia et quae sua sponte nascuntur* bene opponi inter se nec *diu serere* admittere iustam explicationem, intellexerunt plerique, postquam Ernestius proposuit *q. utilia diu serantur*. quo melius quidem, sed tamen uiolentissime Peerlkampius coniecit *q. solidiora serantur diuque el.*; neque tutiora sunt commenta Andreseni [em. p. 110] *q. solidiora quae seruntur atque elaborantur*, Ribbeckii *q. utiliora quae studiose s. a. e.*, Weinkauffii [p. CXXXIII] *q. dulcia quae industria s. a. e.*; nam fundamento omnes non sat solido innitebantur. differunt enim codices in eo quod *alia* ab N exhibitum ab M omittitur. si quaerimus utra lectio in O fuisse censenda sit, quamquam potuit *alia* per neglegentiam incidere, magis tamen N respiciens ueri simile duco, esse illud Itali cuiusdam supplementum in uerbis *quamquam diu serantur a. e.* subiectum desiderantis. quodsi ab hac lectione tamquam tradita proficiscendum est in emendando loco, in hac equidem adquiesco restitutione *quamquam diuturna s. a. e.* in fine enim lineae *diu* posito oblitus erat librarius in nouae lineae initio uocabulum perscribere. neque quidquam ultra desidero in hac comparatione, cum ex ipsis uerbis quod deest ad oppositionem facile eliciant lectores: esse *diuturna* et *utiliora*, omnes statim persentiscimus quamquam non longius persequente scriptore. ad sententiam cf. Taciti de Q. Haterio uerba [ann. IV 61] *impetu magis quam cura uigebat; utque aliorum meditatio et labor in posterum ualescit, sic Haterii canorum illud et profluens os cum ipso simul extinctum est.*

- c. 7 6. *aut reum prospere defendere.* in hoc membro deest quod respondeat illis *apud centumuiros* et *apud principem* (cf. et 5, 29 *sive in iudicio sive in senatu sive apud principem*). unde ante *reum* inseruerunt Spengelius *apud iudicem*, Michaelis *apud patres*, Nipperdeius *apud patres uel iudices*, Vahlenus *in senatu*. maiora molitus Ribbeckius (l. l. p. 503) uerba *aut apud patres reum prospere defendere* post illa *aut apud centumuiros causam aliquam feliciter orare* conlocat, iusta scilicet ut fiat gradatio. adquei interim in supplemento Michaelisiano.

8 *apud principem ipsos illos liberos et procuratores principum.* uerba extrema ita defendo ut pro una habeam notionem ('kaiserliche Procuratoren'); cf. Agric. 4 *utrumque auum procuratorem Caesarum habuit*. et fieri potuit ut apud principem cum maxime regnantem procuratores accusarentur ob delicta sub prioribus Caesaribus commissa. unde neque Spengelii *proc. principis* neque Orellii *proc. prouinciarum* coniecturas probo. praeterea idem Spengelius *ipsum* pro *ipsos* uoluit.

11 *quod, si non in alio oritur, nec codicillis datur nec cum gratia uenit.* est unus ex locis desperatis, quales haud paucos habet dialogus. ingenium circumscribi cum plerique animaduernerent, proposuerunt Pithoeus *si non in aluo* (debebat *matris in aluo*: cf. Lucret.

V 225, Anth. lat. 249, 1), Freinshemius *si non in animo* (sed quid animo cum naturae indole?), Ernestius *si non in ipso*, Seebodius *si non ingenio*, Steinerus *si non innatum*, Schopenus *si non in nobis*, Ribbeckius *sola indole*, Usenerus *si non intus* (ego olim *si non intra nos*), Peterus *si non in aliquo*; ut mittam alios uiam minus commendatam ingressos, ueluti Huetium *in se, non in aliis*, Nipperdeium *si non in ipso, non ab alio*, Spengelium *quod sic non in alio* (praeruerat Lipsius *scilicet* reponens, secutus est Michaelis *si delens*), denique Andrezenum *quod non natalibus paritur* conicientes. scripsi ego quod omnibus perpensitatis optimum uidebatur *si non naturale oritur*, conligens Ciceronis locum [de or. I 25, 117] *siquid naturale forte non habeant* et Minucium Felicem 16, 5 *nec fortuna nantos sed natura esse sapientiam* (sic enim corrigimus), ut alia coaceruare parcam. et si legit Henochus in uetusto exemplari *si non ñale oritur*, potuit ille ñ accipiens pro ï (ut alibi fecit, cf. ad c. 29, 7) *in alio*, quod latinum esset, reponere. et similiter nunc uideo iam Meiserum coniecisse *si non naturaliter*, quod quo nomine sit uituperandum non eget expositione.

Restat de uerbis *nec cum gratia uenit* disquisitio. reicit autem praepositionem cum ratio grammatica, tum uero certa quae est formulae *cum gratia* (id est *per bonam gratiam*: cf. interpr. ad Terent. Andr. 422) significatio. nec tamen facio cum Acidalio, qui illam a textu iubet exulare. nam codicilli cum iam designent eam gratiam qua imperatores honores ac munera aut diuitias in uiros sibi acceptos meritisque conspicuos conferunt, quonam nuda *gratia* spectet plane nos fugit. cupidius enim quam uerius *gratia uenit* uertunt 'es ist um Gunst feil'; et *uenit*, id est contingit, ut interpretemur ipsum quod praecedit *datur* suadet atque hortatur. neque tollitur ullo pacto offensio illa uiolento Ribbeckii proposito *nec pecunia aut gratia uenit*. quamquam nec id quod ipse olim temptaui *nec opum gratia uenit* (quod sic uolui accipi 'noch kommt es den Schätzen zu Liebe von selbst') iam probo, cum quid fere addi oporteat nunc melius mihi uidear dispicere. imperatoriae enim gratiae per codicillos indicatae adiungendam fuisse existimo laudem gloriamque apud ceteros in urbe homines, quam ea quae secuntur inlustrant: possidere se intellegit Aper quod nec Caesaris beniuolentia nec summo apud ciues suos honore quispiam nanciscatur. *cum ergo in ciuium* mutauit.

13 *qui non illustres et in urbe non solum apud*. cum uox *qui* nequeat artius adiungi ad id quod praecedit *oratorum*, sed (ut docent enuntiata sequentia *quorum nomina prius et quos saepius uulgus*) nouam incipiat sententiam, pergendum est in uia, qua ingressi Orellius *quinam illustriores*, Boetticherus *qui tam illustres* excogitarunt. sed *et*, quod in uetustis editionibus omissum a Schopeno in *sunt* mutabatur, alio nos ducit: uide cetera huius uerborum ambitus cola *apud negotiosos et rebus intentos*, porro apud *iuuenes et adulescentes*, denique *recta indoles et bona spes sui*: ipsa binorum uocabulorum in unoquoque colo coniunctio intercedisse post *et* synonymum quoddam uocis *illustres* tibi patefaciet, cum praesertim summae in oratione sua aequabilitatis studiosum fuisse Aprum constet. perbene igitur Ecksteinus *illustres et noti*, quae synonyma interdum apud Ciceronem composita depre-

hendis. latet autem, nisi fallor, illud *noti* in ipso priore *non*: supra lineam adscriptum *noti* cum falso in uerborum seriem reciperetur, non solum formam paululum mutauit, sed etiam (ut ferme fit) turbas mouit depellendo ex sede ab ipso occupata litterulas *magis s*, quas corrigi per uocem suprascriptam librarius existumauit. hoc autem initium *qui magis sunt* inprimis congruum est cum sequentium enuntiatorum initiis.

15 *sed etiam apud iuuenes et adolentes*. peruerse quam maxime iuuenes et adulescentes tamquam synonyma coniunctos opponi negotiosis (quasi aut proprium fuisset iuuenum nil agere aut inter negotiosos nulli extitissent iuuenes), uidit Perizoniani scriba *uacuos* pro *iuuenes* reponens. quam notionem si locus flagitaret, quanto praestabat *sibi uiuentes!* uerum enim uero longe aliud ille flagitat. adulescentes seria studia nondum adgressi (quales belle describit Terentius Andriae 56 sq.) quosnam ab aetate propria in nil agendo uersata socios sibi poscant, indicare mihi uidetur additum *quibus modo* — *spes sui*, uide licet pueros. quos infero non coniciendo *inuestes* aut *inberbes* (quorum unum ab huius aetatis, alterum ab huius libelli sermone est alienum), sed restituendo adulescentiae proximos, id est *inpueres* siue *inpueres*. et uide mihi quam pulcre in eis quae secuntur ab una parte pueris et adulescentibus liberi, quibus loqui incipientibus statim a parentibus oratorum nomina ingeruntur, ab altera negotiosis tunicatus populus uulgasque imperitum addantur, ut omne genus urbanorum hominum iam comprehendatur.

15 *quibus modo recta et indoles est et bona spes sui*. si scribimus (ut uulgo fit) *et recta indoles*, non apparet cur *recta indoles* et *bona spes sui* tamquam res diuersae discernantur, haec cum sit illius comes atque socia. quod non latuit doctum Ottoboniani scribam *modo recta indoles* restituentem. melius tamen per chiasmi figuram Tacito adamatam [cf. Weinkauffius p. 98 sq.] dabimus *modo indoles recta est et bona spes sui*. uerbis male traiectis *recta indoles* librarius transponendi notam adiecerat, quam deinceps pro copulae compendio noto acceperunt.

19 *in municipiis et coloniis suis auditos*. Nipperdeius [opuscul. p. 284] post *coloniis* addi uoluit *et prouinciis*; quod et arcet bipartita ceterorum membrorum conformatio nec per se necessarium est, quandoquidem *peregrinos* non ciuibus, sed Romae natis oppositos hic accipere eo magis licet quod *aduenae et peregrini* synonyma artius cohaerent (uertas 'Ankömmlinge aus der Fremde').

- c. 8 4 *utor, non minus esse in extremis*. nolo huius scripturae defensionem a Pëtero temptatam et plane incredibilem multis refutare. Rutgersii autem inuentum *non minoris esse* cum displiceat et *notos* (quod Ursinus ante *esse*, Lipsius post *esse*, Saupprius ante *non* addebant) iusto sit debilius nec Meiserianum *in ore non minus esse* (similiter mea sponte ego quondam *non minus esse in ore hominum in extr. temptabam*) magis sit adfabile, sequor Ribbeckium et Andresenum *illustres* inter *minus* et *esse* inserentes; cf. c. 5, 19 *ad omnium gentium notitiam illustrius*.

6 *nec hoc illis alterius ter milies sestertium praestat*. fundus emendationis est scholion ad Iuuenal. IV 81 [p. 224 Iahnii] a Lipsio in docto excursu ad Taciti ann. XII 6 indicatum, ubi bis milies sestertium

possedisse Crispus narratur. rectius igitur quam Pichena, qui *alterius bis alterius ter* scripsit non obseruato eo ordine quo in dialogi contextu Marcellus ante Crispum nominatur, Lipsius dedit *alterius* (scil. Marcelli) *ter milies*, *alterius* (scil. Crispi) *bis milies sestertium*.

7 *quamquam ad has ipsas opes*. accedens rationibus ab Andreseno expositis [em. p. 111] olim suspicabar *quoniam* latere in *quamquam* (minus enim probabiliter *quin* Andresenus). nihil nunc muto. nam ut recte plerique monuerunt, corrigitur id quod praecedit ita ut opes propterea quod eloquentiae beneficio sunt comparatae et ipsae fortasse aliquid ad famam conferre dicantur.

22 *patientissimus ueri bene intellegit et ceteros*. bene, immo optime Vespasianus audit patientissimus ueri, hoc est, qui id quod uerum est (esse quaedam quae nec imperator possit dare) lubenter agnoscat; et recte Wopkensis Senecae de ira III 36 fin. comparat. superfluae igitur sunt coniecturae ut aliae, ita per se non mala Acidalii *sapientissimus uir* et friuola Urlichsii [mus. Rhen. XXXI 528] *potentissimus ueri*. — perprobabiliter autem Knautius [p. 12] statuit, et non delendum esse auctore Puteolano, sed commendantibus ceteris huius enuntiatu membru *intellegit* sociari debere synonymo quodam. quod *sentit* fuisse dubitanter ipse sibi persuasit; mihi *scit* et per se ualidius esse et ante *et* facilius interlabi potuisse uidetur.

26 *minimum inter tot ac tanta locum*. aliorum qui intolerabile hoc *tot ac tanta* remouebant conamina (Nipperdei *tot res ac tantas*, Andreseni *t. a. t. praemia*, mei ipsius *t. a. t. commoda*) medelae simplicitate uicit Vahlenus ($\text{h} =$) *haec ante tot inserendo*, conligens Cic. pro Rosc. Am. 32, 89 *haec Eruci tot et tanta*; Cic. Tusc. V 10, 29 *in his tot et tantis*.

3 *neque utilitates alunt*. optimae Ribbeckii [mus. Rhen. XXVIII c. 9 504] de loco difficultatum pleno (*addunt pro alunt* inutiliter coniecerat Guttmannus) disputationi non habeo quod addam.

20 *omnis illa laus intra unum aut alterum diem uelut in herba uel flore praecepta*. ex his uerbis sanam planamque sententiam uix extorqueas. N habet *percepta*; sed hoc 'poetae laudem uelut in herba uel flore percipiunt' qua ratione stabilias quibusue exemplis tuearis frustra quaeris. M praebet *praecepta*; sed quinam ante iustum tempus eam laudem capiunt eaque fruuntur? neque ipsi hercle poetae plenam illius maturitatem sperantes neque uero ceteri homines mox florem uix pubescentem incuriosis pedibus terentes. praecerpitur igitur laus immatura, recteque Schelius hoc ipsum *praecepta* Tacito reddidit (minus bene Peerlkampius *intercepta*). quamquam sublato hoc paruo uitio non minus obscura est imago. quod quo clarius perspicias, adscribam Frontonis locum [p. 102 Nab.]: *egone qui indolem ingenii tui in germine etiam tum et in herba et in flore dilexerim, nunc frugem ipsam maturae uirtutis nonne multo multoque amplius diligam?* iam uides *intra paucos dies praecepta* stare non posse: flagitas 'post paucos quibus orta est creuitque dies'; primum laus germina agit paruo tempore, tum ubi uix adoleuit perit. itaque ego, qui tam plane imperfectam comparationem, qualem exhibent codices, Tacito inputandam esse pernego, post *diem* inserui *uirrens dein*, sumpto scilicet ex ipsa imagine uocabulo apto et idoneo.

28 *quanto tamen pulcrius, si ita res familiaris exigit, se ipsum colere.* numquam res familiaris cogit nosmet ut colamus; cogit, si parca est, aliorum benivolentiam ut mereamur, permittit, si larga est, ut nobis ipsis uiuamus. itaque Bibbeckius uerba *si ita res f. e.* in eam quae praecedit sententiam transponit post illud *pulcrum id quidem.* sed de traiectionibus tum demum cogitandum est, si deficiunt remedia simpliciora. tu recordare quam saepe *sequi in exequi et sonare in exonare* sit corruptum (apud Petronium c. 19 *nimio risu sonuerant*, ibid. c. 109 *sonat ergo cantibus restituendum est*): *sinat in exinat* porroque *exigat* abiisse mihi concedes.

- c. 10 4 *quando enim rarissimarum recitationum fama in totam urbem penetrat?* raras recitationes sunt eae quae raro fiunt. hoc cum temporum illorum historia refutet cumque propter nimiam ambiguitatem decantatum 'omnia praeclara rara' accersere non liceat, recte ad coniecturam confugiunt docti. ex quibus omnium infelicissime Andresenus [em. p. 113] *rarissima harum rec. fama.* nam quae fama est rarissima, ea per se non penetrat in totam urbem. neque opus est ut *Halmianum praeclarissimarum* siue *uel praeclarissimarum* (quod inter commenta prolata est optimum; nam Steineri *clarissimarum* recte Andresenus refutauit) amplectamur. quippe unica littera (= *uel*) inserta sua sponte apparet, *rarus* uocem iam non ad quantitatem sed ad qualitatem recitationum spectare. quod nunc praefero alteri coniecturae a me propositae, qua *enim* in *etiam* mutauit.

11 *quibus natura sua oratorium ingenium denegauit.* delere uoluit Andresenus [p. 171] *sua* uoculam, ut euaderet 'alma illa omnium animalium mater, quae suam cuique indolem atque ingenium dat'. a qua temeritate eum detertere debuit id quod Tacitus in hoc ipso capite bis *natura tua* dicit. et cum unusquisque homo natura sua siue indole ad alias res maius, ad alias minus, ad alias nullum plane ingenium habeat, non hercle inepta est censenda lectio tradita.

19 *anteponendam ceteris aliarum artium studiis.* ingratiissimum pleonasmum exagitauit Andresenus [p. 113] iure optimo, sed male coniecit *altiorum artium.* quid enim? num Aprum adeo desciuisse a natura sua credemus ut poesin similesque artes ingenuas adnumeraret studiis altioribus? locorum aliquot re dissimilium similitudine externa decipi se passus est Andresenus. nec rectius Ribbeckius uoluit *alienarum artium*, recordatus puto loci qui in capitis secundi legitur fine. ibi tamen est sermo de eis artibus quas ab oratore alienas existumant Aper, nostro loco non item: alienae artes nude positae hic neque intelleguntur neque uero ad rem faciunt. denique *aliarum* e textu eicit Steudingius. non inepte, ut ego opinor, Aper commemorat ceteras artes liberales, sed ut homo is qui omnia ad utilitatem derigit ita debet commemorare ut quanti eas prae oratoria eloquentia pretii faciat simul delectet. priscorum igitur Romanorum sententiam secutus eas apte uocauit *leuiorum* siue *minorum artium studia*; quemadmodum dicit Cicero fictorum pictorumque studia *haec minora* [Brut. 70], de poesi in *leuiorum artium studio* [ibid. 3] similiterque alibi.

25 *lacertos leuitate iaculi aut iactu disci uanescere.* uidit (ut saepius) aliquid Andresenus [p. 171], sed ut infeliciter manum medicam adplicaret. neque in ea re sola est offensio quod *leuitate* et *iactu*

diuersissimi generis sunt notiones; sed ideo etiam prius uocabulum prae se habet quod leuium iaculorum missu (non ipsa eorum leuitate) lacertorum uires uanescunt. non proficimus ergo hilum deleta uoce *iactu*; quin sic etiam deletur membrorum per bina synonyma incedentium aequabilitas. causa igitur intendatur in uocem *leuitate* repositam, ut puto, ab eo qui uetustae membranæ scripturam paulum obscuratam *uibratōe* non sat expediuit. *vibrationem* de iactu teli usurpat ex. gr. Diomedes grammaticus [p. 477, 9 K.]; *uibratu* ut reponamus prohibet, ut nunc sunt res, certae auctoritatis absentia (de librandi uerbo nemo cogitabit qui quid inter 'telum uibrare' et 'librare' intersit didicit; unde apud eundem Diomedem p. 478, 11 emendandum *quae librauerant tela iaciebant*).

26 *in forum et ad causas et ad uera praelia uoco*. glossam et ad causas euicit Knautius [p. 11]. 'auditoria et theatra' opponi sibi flagitant 'forum et uera praelia'. additum illud per se languidissimum neque congruens cum usu Taciteo (secundum quem ad alterum abundat) redarguunt etiam cetera membra concinne fluentia.

28 *quod plerisque patrociniatur*. puta cum contemptu dictum: *τοῖς πολλοῖς*, qui, cum causas agere nequeant, uersus faciunt. siquid hic addendum, malim *plerisque uestrum* (cf. supra *cothurnum uestrum*) quam Andresenianum *plerisque poetis* [em. p. 139].

31 *meditatus uideris aut elegisse*. nulla ratione sustentanda uocula *aut*. suae sunt, inquit Aper, excusationes oratori, siue coactus patrocinium suscepit et in suscepto fideliter uersatus est siue in dicendo ipso raptus est ardore suo: nulla parata est tibi excusatio, qui et ultro suscepisse (elegisse) et domi perpendisse (meditatus) quae in recitatione profers uideris; tibi omnia illa simul culpae dantur quae singula defendunt oratorem. i nunc et affirma, subtili concinnitate *meditatus aut elegisse* eis quae praecedunt opponi! quam iudicandi peruersitatem refugientes sani critici omnes certatim *aut* eliminabant: Puteolanus delendo, Thomas *ante*, Halmius *etiam*, Haasius *hanc*, Schopenus *ultro* scribendo. mihi plane necessarium uidetur et per se ob eum quem significauit *παρὰλληλισμὸν* et ob bipartitam illam diuisionem in hoc uerborum ambitu conspicuam, copulari *meditatus* (sc. esse) *uideris atque elegisse*. causa autem corruptelae fortasse ipsum quod bis praecedit *aut*; quamquam *aut* et *atq*; non ita raro inter se confunduntur.

35 *hic ingentis ex his assensus*. postquam *hic* in uulgata in *hinc* abiit, *ex his* aut abiciunt (quod esse glossam ipsius illius *hinc* e coniectura restituti fingunt incredibiliter) aut uarie inmutant (*existere* Muretus, *excitari* Schelius, *exciri* F. A. Wolfius). artis regulas si sequimur, continebimus manum emendatricem in una uocula *hic*, cum praesertim ipse Tacitus his uerbis [c. 34, 8] *magnus ex hoc usus . . . contingebat* illud *ex his* defendat tueaturque et quid requiratur aperiat. male enim anteriores quidam iterumque nuper Meiserus *sentio quid responderi possit his: ingentis ex his assensus*, quandoquidem nec praesentia tolerant additum *his* et uerbum in subsequentibus est necessarium; hinc etiam abicio id quod ipse olim conieceram *quid responderi hic (= hoc loco) possit: ingentis ex his assensus*. nunc *elici* ex *hic* feliciter eruisse mihi uideor.

37 *tolle igitur quietis et securitatis excusationem*. ante haec uerba

intarcidisse nonnulla statuit F. A. Wolfius, adsentiente praeter alios Andreseno [p. 140]. debet sane enuntiati praeeuntis *sentio quid responderi* — *sermonibus ferri* nunc ratio haberi; neque tamen est quod integram periisse sententiam credamus. attende enim ad argumentorum seriem: tu, Materne non potes confugere ad solitam poetarum defensionem, studium suum nil praebere offensionis; nam abreptus naturae tuae feruore in Catonis causa sustinenda plus quam omnes oratores laedes potentes, dixeris: hac ipsa re captantur plausus, quos si quaeris, abice etiam illam ex studii tui securitate petitam defensionem; iam enim confiteris te consulto eligere quo tibi parias aduersarium superiorem. — igitur uocabulum *quietis* superfluum (de sola enim securitate est sermo) apte mutare studui. nam mihi quidem additamentum, quod Andresenns ex. gr. proposuit *sed eo facilius ad aures principis permanebunt* parum huic loco adcommodatum uidetur.

40 *in quibus expressis si quando necesse sit pro periclitante amico potentiorum aures offendere.* potest orator necessitudine aliqua cogi ad suscipiendam causam periculosam; sed talis sensus quando ita uerbis est conceptus *controuersia aliqua ex oratore exprimitur?* non tulit has nugae Lipsius proposuitque *expressit siquando necessitas*; quae aures singulorum uocabulorum grauitatem ponderantes sic collocata cupiunt *necessitas si quando expressit.* mitto Heumannum, qui more multis consueto quod expedire nequii expulit. temptaui *ex re ipsa*: cf. Ter. Andr. 359, Hor. sat. II 6, 78, Placidus p. 37, 15 (Deuerl.). et bene hoc praeponeitur, tacita cum sit oppositio 'non consulto et meditatius'. — ceterum uide an *potentiorum in potentium* sit mutandum. potentiorum enim recte fit mentio, si priuatorum inter se certamina comparantur. Caesar autem eiusque amici cuncta gerentes, si cum priuatis componuntur, ita sunt potentiores ut fere ridicula sit comparatio; unde illi simpliciter potentes ubique audiunt. prouenit fortasse uitium ex comparatio precedente *superiorem*, cuius longe est alia ratio.

c. 11

4 *a laudatione eorum digressus.* pergunt hodie praue dicere 'digredi a proposito', et 'digressio', ipsi ueteres cum aut 'egredi' aut 'degredi' dixerint. ne obliuiscamur ergo, medio aeuo *di* et *de* uoculas perpetuo inter se confusas esse.

8 *recitatione tragoediarum et ingredi famam auspicatus sum, cum quidem.* ut exempla a Schultingio adscripta (Iustini 26, 12 *auspicia belli incipientes*, Suetonii Cal. 54 *quam ut initium . . . auspicaretur* aliaque) docent, sic haec interpretanda: 'feliciter coepi famae comitem fieri eo quidem, quod'. ingredimur enim quidquid paratum ad accessum libero et facili aditu nobis patet. itaque praelegendis tragoediis famam iam non obscuram incertamque sed apertam et ante pedes sitam intrabat Maternus; recte conferunt Cic. ad fam. II 23 *quo die primum in spem libertatis ingressus sum.* itaque improbo et Ernestium *ingredi delentem et uolentam Useneri coniecturam r. t. mei ingeni famam aucupatus sum: olim quidem*, in qua et uerborum *mei ingeni* (pro *i. m.*) collocatio absente oppositione inportunissima est.

9 *cum quidem in Neronem improbam . . . potentiam.* sic nunc scimus N legere (cf. supra p. 44): *Nerone* omissa scilicet uirgula leniter peccauit M. hac autem scriptura innisus L. Muellerus refutatis recte priorum commentis (ut I. F. Gronouii *in Neroniis*) dispu-

tatione subtili Tacito vindicare studuit *cum quidem inperante Nerone* (cf. Fleckeiseni ann. a. 1868 p. 417 sqq.). quale additum propter Vatinii mentionem plane superfluum vereor ne nauseam moturum fuerit Taciti lectoribus Materni initia multum celebrata non ignorantibus. nondum abicio id quod antiquitus fuisse traditum valde probabile est. 'inproba in Neronem potentia' dicitur ea quae nimiam ac formidulosam in Caesarem vim habuerit (cf. Taciti ann. XV 34), ex nota uocis *improbis* apud poetas praesertim significatione. erat cum uerborum displiceret conlocatio; sed totius enuntiati ratione perpensa nihil amplius requisini optimeque scriptorem ea quam instituit dispositione consuluisse perspicienti intellexi.

11 *hodie siquid in nobis*. quod Lipsius in initio addidit *et*, id continetur ipso illo uitioso *in* ab Acidalio eiecto. quae uoculae ut saepius inter se permutantur, ita hic *et* in textu omissum supraque lineam additum false falso loco insertum est.

13 *me deiungere a forensi labore*. quaeritur fueritne in sermone latino deiungendi uerbum eo quem requirimus sensu usurpatum. rationem enim si sequimur, recte eis quae sunt *iungere* et *coniungere* opponuntur *diungere* et *seiuungere*. hodie autem in nullius scriptoris latini textu praeter nostrum extat illud *deiungere*: cf. in nouissima amplioris lexicis sui editione [I p. 1878] Georgesius, qui de Varronis loco recte statuit. neque hoc loco defuere qui mallent *seiuungere*, quod inde a Berneggeri editione longum per tempus optinuit. sed *seiuungere a foro* uereor ne parum sit latinum; in Maternum, a quo teste c. 4 iam satis superque in causis forensibus sudatum est, unice quadrat *diungere*.

16 *nam statum cuiusque ad securitatem melius innocentia tuor quam eloquentia*. proposuit Lipsius *hucusque ac*; sed tamen *hucusque* ad tempus relatum apud idoneos quidem scriptores non reperitur. Pichena accepto *ac* maluit *tuetur*; neque tamen uniuscuiusque est, sese tueri eloquentia. nec aut felicius ab Haasio *hunc iusque ac* aut leni medela a me ipso *huius uisae ac* temptatum est. et uidendum est num duo uitia tolli possint uno remedio. excogitauit nunc *capitisque securitatem*: litterulae *ap* olim omissae deinque suprascriptae maiorum exstiteret causae turbatarum. de status et capitis uocabulis cf. Guilelmus Rein libri 'das Privatrecht u. d. Civilprocess der Römer' inscripti p. 118 sqq.; apte autem haec status civilis mentio facit ad uerba proxime sequentia *in senatu* (cuius erat iurisdictio in certis causis capitalibus) *pro alterius discrimine*. — ceterum uidit aliquid ante me quasi per nebulam Steudingius, mira ratione (ut amat portenta palaeographica) *statum ciuilem ac* commendans.

9 *sic oracula loquebantur*. referuntur haec ad oraculorum re. c. 12 sponsa uersibus concepta. neque tamen hic de eorum forma, sed de re ipsa uerba fieri requirimus: luci et nemora Apro contempta quantum ad excolendam augustiorem eloquentiam contulerint exponit Maternus. siluae erant poeseos cunabula: siluarum sanctum secretum natum excitauit ingenia, in siluis olim oracula edebantur. debuit igitur ille, ut coebat ipsum propositum utque commendabat orationis ornatus in pulchra anaphora positus, sic pergere: *hic oracula loquebantur*. de siluis oraculorum sedibus antiquissimis cum omnia sint

nota, unum adfero exemplum Varronis ex saturae Menippeae 'Mysteria' inscriptae fragmento primo [Buech.], simul ut emendem, *prisca horrida silent oracula iam creperis in nemoribus*, ubi *oraculam crepera* codices.

11 *in locum teli repertus. ceterum felix illud.* totum enuntiatum praecedens nam *lucrosae* — *repertus* otiosum est nihilque ad inustrandam priora facit, si nunc per *ceterum* transitur ad aureum saeculum tamquam rem nouam (ita enim *ceterum* uice particulae aduersatiuae [cf. ex. gr. Fabri ad Liuii 21, 6, 1] fungitur ut adnectat rem diuersam nouamque). sic demum haec inter se congruunt aptamque in sententiarum serie efficiunt progressum, si *lucrosa* recentis aevi eloquentia et aurea aetas in unum enuntiatum colligatae inter se opponuntur quam fortissime. quod adsequemur *ceterum* mutando in *uerum*.

15 *aut gloria more aut augustior honor.* inuenit Henochus in codice Germanico, nisi fallor, *mor* (= *maior*), quod ita descripsit ut *moŕ* (= *more*) exhiberet. quocirca sufficere simplicem Lipsii emendationem puto: *maior erat Ritterus, mortalibus maior* Michaelis coniecerunt.

15 *primum apud deos, quorum proferre responsa et interesse epulis ferebantur, deinde apud illos diis genitos sacrosque reges, inter quos neminem causicorum . . . accepimus.* bene monuit Hauptius [opus. III 522], non inueniri fabulam, in qua poetae fingantur deorum conuiuinae. sed pessime idem coniecit *interesse oraculis*: talis uocabulorum plane idem significantium copulatio (*proferre responsa* — *interesse oraculis*) ne in Apri quidem oratione ferenda est, nedum in Materni ab his artificibus abhorrentis (nam illud *poetis et uatibus* non adferet, qui quod quantumque discrimen inter haec intercedat scit). et alio ducunt uerba proxima recte examinata. nam hoc *inter quos . . . accepimus* unius uocis *fuisse* supplementum admittit, ut sententia oriatur peruersissima, in regum illorum numero Orphea et Linum atque ipsum Apollinem fuisse. quippe qui *inter quos* ita accipiunt ut uates eos cum regibus uixisse familiariter aiant, ante omnia demonstrare debent, sic dici latine *esse inter aliquos*. utrumque autem scrupulum sane quam grauem profigasse mihi uideor transposito uno archetypi uersu *deinde* — *reges* post illud *apud deos*. iam enim in uerbis apte conexas *proferre responsa* ad deos, ad reges *interesse epulis* referimus: cf. ex. gr. (nam aliquid dandum est censoribus incredulis, qui hoc in dubitationem uocabant) c. 29 *lasciuiae et discacitati, per quae impudentia inrepiit et sui aliorumque contemptus*, ubi tacito recti sensu ut *lasciuiae* et *impudentia*, ita *discacitati* et *s. a. contemptus* inter se copulamus; sic etiam in ultimo Agricolae capite cohaerent eodem modo *desiderio* et *muliebribus lamentis* — *nec lugeri nec plangi*; porro *filiae uxorigue* — *sic patris, sic mariti*; denique *tenere et exprimere non per alienam materiam et artem*, quaeque sunt huiusmodi alia sexcenta. porro cum nunc praecedat (*poetae*) *ferebantur*, recte sequitur *inter quos*: in poetarum illorum numero Orpheus et Linus atque adeo Apollo scilicet ex homine propter summam poetandi artem factus deus erant (haec cum Taciti sit sententia, Apollinis mentione caue ne traditum uerborum ordinem defendas). — addo iam ante me Ribbeckium [ms. Rhen. XXVIII 505] partem ueri uidisse inprobabili sanandi ratione usum. — denique et Heumanni emendationem *causicorum* par

erat recipi (peruersus scilicet in uulgata est sensus hic, quasi iam tum fuerit ordo causidicorum) et familiae **M** obsecundare in scriptura *O. et L.* (mala adsimilatione ad sequens illud *ac N* exhibet *O. ac L.*): cf. quae ad c. 16, 19 adnotauimus.

3 *licet istos certamina et pericula sua et consulatus euexerint.* c. 13 ortum esse alterum et ex praua prioris recordatione tam claret quam recte illud a Lipsio in *ad* correctum esse: plura qui hoc non agnito requirebant (Ritterus *ad opes et consulatus*, Vahlenus *ad praeturas et consulatus*), omne additum misere languere neglexerunt.

8 *et forte praesentem spectantemque Virgilium ueneratus est sic quasi Augustum.* non sequor Ernestium, qui *Virgilium* ut glossam eicit e textu; iterum enim poetae nomen ponitur, quo clarius ipse et Augustus inter se opponantur. neque recte deleuit Andresenus id quod praecit *spectantemque*. quamquam mutatione sane opus est: quid enim aliud in theatro fecit Vergilius quam spectauit? nec inane et uanum additum sustentatur illo artificio, ut accersatur figura ἐν δὴ δροῖν (praesentem inter spectatores); quae hic nil ad rem. remota praua adsimilatione dedi *spectans*: conuertens in poetam oculos plausum eum ueneratus est populus.

14 *ii quibus praestant indignantur.* Andresenus uidit, uel addendum esse ante *ii* (ἴ i fortasse praestat), scilicet ut ei quibus rogatum praestatur ab eis quibus non praestatur secernantur. minus bene coniecerant Lipsius *quibus non praestant*, Michaelis *quibus praestant perinde et quibus non praestant*, Halmius *quibus praesto non sunt*.

15 *quod adligati cum adulatione.* qui *cum* aut delent aut uarie inmutant (*humili* uel *omnium* Schultingius, *omni* Waltherus, *communi* Schneiderus, *canum* Haasius, *summa* Meiserus), quod ferri posset non restituerunt. nam ut docent proxima uerba, Crispus et Marcellus adulationi inposuerant frenos, scilicet ne libertorum essent similes. sed quidquid illam restrinxerunt moderatique sunt, populo tamen Romano nunquam satis liberi, ut et potentibus non satis serui, sunt uisi. mediam quandam uiam ingredi cupientes neutris satisfecerunt. erat igitur illorum adlatio *adligata*, hoc est certis circumscripta finibus et tantum quantum necessarium erat consuetudini aulicae tribuens (uertas 'mit ihrer beschränkten, durch aufgelegten Zwang gebundenen Schmeichelei').

20 *in illa sacra illosque fontes ferant.* assentiendum est eis qui hoc *in illos fontes ferant* non tolerant. uoluerunt autem Ritterus *illosque ad fontes*, Hauptius [opusc. I 195] *illasque frondes* (hoc est, nemora), L. Muellerns [Fleckeis. ann. 1868 p. 422] *illosque montes*. hic quoque alibi latet ulcus. *sacra* interpretantur 'loca sacra' siue 'nemora lucosque'. cuius usus exemplum non extat; neque sufficit in comparisonem uocatum c. 12, 6 *sedibus sacris*. immo *sacra* quid essent docere potuit conlatus Vergilii uersus Materno hic obuersatus [Georg. II 475 sq.] *me uero primum dulces ante omnia Musae, quarum sacra fero ingenti percussus amore, accipiant* aut Ouidianum [trist. IV 10, 19] *at mihi iam paruo caelestia sacra placebant inque suum furtim Musa trahebat opus*. scilicet poetae sibi uidebantur esse sacerdotes Musis sacrificantes; unde et Persius [prol. 7] *ipse semipaganus ad sacra uatum carmen adfero nostrum*. unde apparet *in sacra ferant* non minus dubitationi

obnoxium esse quam *in fontes ferant*. teneo autem quod olim proposui, ad pro *in* esse emendandum.

22 *nec anhelans libertus*. intellego Caesaris nuntium celebrem oratorem in Palatium uocaturum.

25 *quandoque enim fatalis et meus dies ueniat*. ad expedienda uerba difficillima proficisci lubet a triplici uocem *quandoque* interpretandi ratione. quam primum licet accipere pro *aliquando*. sed hoc uotum, uelle se aliquando mori, Materno uindicare omnes (uno Vahleno excepto) iure perhorruerunt. alii igitur Italarum commento *ueniet* accito explicabant: nam aliquando, post breuius longius spatium, ego quoque diem obibo. bellissima uero sententiam, qua se non inmortalem esse innuit Maternus! nonne indignum est talia serio excogitari? quam insulsiatatem aliquatenus mitigaturus Peterus persuadere studet, uerbis *fatalis et meus dies* designari mortem naturalem siue uolentiae oppositam. quod commentum ne rectum quidem est, cum *dies fatalis* per se sit is quo debita fate soluimus siue naturali siue coacta morte (nisi forte disertis uerbis facta est oppositio, ut apud Velleium II 4, Plinium epist. I 12). idemque cadit in illud *meus dies*; uelut milites in pugnam certamque mortem proditari apud Seuerum [Seneca rhetor suas. II 12] '*hic meus est*' *dixere* '*dies*'. aliena nimirum obuersabantur Petero, ut *sua morte obire* et illud Hadriani *die sua peremptus* et quae sunt similia. plurimi igitur *quandoque* accipientes coniunctionem (relinquere, cum moriar) et *ueniet* praeterea adsciscentes in *enim* latitare corruptelam agnouerunt; pro quo Doederlinius *mihî*, Halmius *quidem*, Steinerus *olim* proposuerunt. sed uel sic ferri nequit coniunctum illud *fatalis et meus dies*. nam si *et ualere etiam* statuis, flagitatur utique *et meus deus fatalis* (unde et debebant Pithoens et Cuiacius). neque uero tamquam synonymam copulari possunt *fatalis et meus dies*: aut *fatalis dies meus uenit* aut *meus dies uenit* (cf. Seneca rhetor l. 1. *proverbii locus est: hic dies meus est*) dicendum erat: synonymis iungendis nullum omnino hic locum esse (ut nec germanice dicis 'meine letzte Sterbestunde'), concedes, si quid similitum notionum cumlatio sibi uelit et quo usque progredi possit perspexeris. hinc ante aliquot annos illud *enim fatalis* ex glossa *est fatalis* corruptum ortum putans scripsi *quandoque et meus dies ueniet*, uiolenta nimis ideoque nunc inprobata coniectura. et alia uia rectiora eruisse mihi uideor. restat enim ut *quandoque* exponamus et *quando*, sic quidem ut uerba illa (id quod per se praestat) non cum praecedentibus artius cohaereant, sed nouum propriumque forment membrum. quam sententiam autem pulcriorem et Materno digniorem restituemus quam qua dicat, se utpote purum et innoxium non metuere neque tremere mortem, sed quieto serenoque animo opperiri? hoc est *quandoque cient fata, licet meus dies ueniat*, ut *licet* sit permittentis: traxit paruum uitium *fatalis et alterum* grauiusque. uideo nunc Meiserum simile quid odoratum esse: *quandoque erit fatale, et meus dies ueniat*; quod ab illo *erit fatale* mihi quidem displicet.

- c. 14 7 *delectasset enim te et Aprî nostri accuratissimus sermo*. haec uerba non per se (plana enim eorum sententia), sed alterius in hoc capite loci respectu dubia atque suspecta. mox enim Messala *me uero, inquit, et sermo ipse infinita uoluptate affecisset*. quae si (ut nunc

sane aliter fieri nequit) ad ea quae proxime praecedunt referuntur, primum nos latet cur Apri tantum sermone, non etiam oratione Materni se uoluptatem capturum fuisse affirmet Messala; deinde quid et (quod Halmius deleuit) et quid *ipse* (quod idem in *iste* mutauit) sibi uelint nescimus; unde Halmii suspitione altera probata Andresenus [p. 141] totum hoc colon sic refinxit *me uero, inquit, et sermo iste et oratio infinita uoluptate affecisset* (probabilius refinxisset *et oratio et sermo iste*). quamquam si non commemoratus praeiret *Apri nostri accuratissimus sermo*, facilem uerba *et sermo ipse* haberent explicatum. leguntur enim in capitis initio *suspiciatusque . . . altiore inter eos esse sermonem*, id est, disputationem. recte itaque postea Messala: *me uero, inquit, et sermo ipse* (= ipsa quoque disputatio uestra) *infinita uoluptate affecisset*; nec minus recte pergit, id ipsum gaudio sibi esse, quod Aper et Maternus et Secundus non solum propriis oratorum exercitationibus, sed etiam tractandis quaestionibus latius patentibus quaeque in commune prosint indulgere uelint. quae ut bene adduntur, ita iam unius uoculae *ipse* repetitio (*et sermo ipse et atque id ipsum*) nullam praebet offensionis ansam. nec inepte hoc adicias, melius Messalam in uniuersum respicere totam disputationem quam more scolasticorum inter Apri sermonem et Materni orationem in responsione breui distinguere. haec igitur stare possunt, modo absit Apri *accuratissimus sermo*. iamque dicam quod sentio. plana licet sit haec locutio, tamen me quidem semper mirantem quam maxime habuit ea ipsa res, quod sermonis uocabulo longa illa uehemensque Apri in Maternum accusatio designatur. expectamus fere (quod ipsum suadere uelle, esset inperiti) *accuratissima actio*, cui opponatur *Materni pro carminibus suis laeta utque poetas defendi decebat audentior . . . oratio*. unum inueni quod sine rubore possit commemorari: *accuratissima assertio*; scilicet Aper adseruit uindicauitque oratoribus Maternum. sed quominus hoc, quod mihi quidem uerum uidetur, uerborum insererem contextui, obstitit quod apud eos qui aetatem tulerunt scriptores substantiuum illud eo quem uolui sensu usurpatum iam non reperitur, casu sine dubio; sed enim casui hic obtemperandum erat. — paulo post pro *audentior . . . oratio* scripsi *ardentior*, cum quod uere 'audentius' possit uocari neque in sententiis neque in uerbis praebeat Materni oratio licet tincta colore uere poetico. *ardentior* quam recte eadem appelletur, tibi demonstrat comparatum huius capitis initium *finierat Maternus concitatus et uelut instinctus*. coniungit Quintilianus [X 1, 90] *Lucanus ardens et concitatus*. gaudeo me eam coniecturam probasse Knautio [p. 20 sq.].

13 *et temporum nostrorum oratores*. uerissime omnino dubitarunt uiri prudentes, num in adlocutione quidem *oratores* sensu quem uocant praegnanti dicere liceat. nec germanice facile dixeris 'Ihr Redner unserer Zeiten' pro 'Ihr, die Ihr in unseren Zeiten wirkliche Redner seid'. scripsi cum Mureto *et optimi*; idem *optimi* post *oratores* inseruit Acidalius, ante *oratores* Halmius *summi* (possis excogitare etiam *oratores nobiles*, ut *nobiles* ante non perierit).

20 *Iulii Astatici uitam componendo*. uide Nipperdeium certissimam emendationem suam *Africani* stabilientem accurata argumentatione opusculorum p. 284 sq. — deinde non minus certum supplementum

Andreseni [p. 143 sq.], quo *inprobari* ante in *Apro* insertum est, indignum est impugnari a Petro accersito ironiae artificio: quae quomodo tandem uocabulo quod mentè supplendam est (*probari*) inesse potest, si ibi unde assumitur non adest? — postremo quaeritur rectene a *scholasticis M* an *N* ab *scholasticis* tradiderit. dirimitur lis eo quod Tacitus iuuenis in hoc dialogo ante omnes omnino consonas unum solumque a posuit (cf. c. 13 a *sollicitudinibus*).

- c. 15 1 tum *Aper*: num *desinis*. uulgo ex Italorum coniectura scribunt *non desinis*; mihi potius est uisum una adiecta litterula \tilde{g} fortius illud *numquam* reddere scriptori.

4 *neminem hoc tempore oratorem esse contenderes antiquis, eo credo audacius quod maligni in iis opinionem non uerebaris*. non habet *antiquis*, unde pendeat. itaque Lipsius *parem antiquis (prae antiquis* maluit Halmius) aut adeo *contenderes, atque id eo credo* coniecit. equidem deleui auctore Acidalio uoculam; agnoscere enim mihi uideor glossam *antiquis similis* adpositam ad breue illud et cum ui ueriosa dictam *oratore*m. quae in textum recepta uestigium sui reliquit etiam in illo *malignis iis* siue *maligni in iis*; nam quamquam quid Henochus descriperit non ita claret, hoc tamen dispicimus inesse litterulis *siis* uel in *siis* eius quod dixi glossematis *similis* compendiose scripti reliquias. certe omnium optime scripsit Tacitus *maligni opinionem* (cf. c. 3 *fabulae malignorum*); nec probo quod plus inde elicere, *maligni iudicis* Acidalius, *maligni suspicionem* Thomasius, *maligni hominis* Ritterus, ut mittam Rhenani illud *malignitatis* male uulgo receptum.

6 *cum eam gloriam quam tibi alii concedunt ipsi tibi denegares*. falsam eius qui Perizonianum exarauit coniecturam ipse falso editores omnes amplexi sunt. quid enim? si quis gloriam alicuius rei ab aliis concessam recusat, ideone maligni incurrit opinionem? nonne potius siue modestia siue tenerarum uirium conscientia recusasse uidebitur? tum demum uere malignus potes putari, si quod alii tibi concedunt his ipsis denegas, scilicet ut solus illud tibi habeas. in genuina igitur lectione *ipsis tu* primum *ipsis* ob praecedens *tibi*, deinde *tu* ob *ipsis* corruptum est.

8 *sermonis mei poenitentiam ago*. hanc dictionem cum nondum sat luculento exemplo uideam stabilitam, lubet adscribere Petronii [c. 132] uerba *nec minus ego . . . poenitentiam agere sermonis mei coepi*.

13 *et quod quibusdam solacio est, mihi auget quaestionem, quia uideo etiam gratis accidisse ut longius absit Aeschine et Demosthene Sacerdos iste Nicetes et siquis alius Ephesum uel Mytilenas contentus scholasticorum et clamoribus quatit quam Afer aut Africanus aut uos ipsi a Cicerone aut ab Asinio recessistis*. grauioribus praeludamus ab-soluendo minora. pro *gratis* Puteolanus *Gratis*, maiore mutatione Dronkius *Graecis* restituerunt. et hoc quidem probauit Nipperdeius [opus. 286], ut tamen ipse monstraret etiam prosae orationis scriptores (ut Ciceronem saepius, ita aliquando Nepotem Melam Senecam) forma illa poetica esse usos locis eis, qui colore poetico non sunt imbuti. et hoc ego sufficere putauerim ad tutandum nostro loco uocabulum *Gratus*, etai post annos iuueniles eo non usus est Tacitus. — tum *contentus (M)* siue *concentus (N)* post uolentas priorum coniecturas

mutauit Orellius in *concentu* probantibus editoribus insectis, conferens Frontonis uerba [p. 21 Nab.] *quantoque concentu laudantium sit exceptum*, hoc est, quanta plaudendi concordia, nullius scilicet sibilo inmixto; quo sensu 'concentum' etiam ibi accipias ubi cum clamoribus coniungitur (ut in Plinii paneg. 2 et 46). esset autem 'concentus' hic ferendus, si de *auditorum* plausu et clamoribus ageretur: nunc concentum *scolasticorum* uix intellegas aliter quam ut adulescentulos quasi in choro et regente magistro cantica recitasse animo tibi fingas. quibus nugis abiectis rem ipsam intuere. clamores spectant ad rhetorum discipulos inter se certantes rixantesque in solitis declamandi exercitationibus. quodsi quaeris aliquid quod cum his clamoribus ita possit sociari ut euadat *ἐν δὴ ἀδωαῖς*, *contentus* ex *contentiōib*; siue *contentionibus* deprauatum esse eo facilius mihi adfirmanti credes quod hoc uocabulum aptissime simul et lenissime restituitur. coniungit haec uocabula Plinius [ep. II 11] *magna contentio, magni utrimque clamores*. — deinde *nos...recessimus* tam luculente Andresenus [p. 116] emendauit ut quidquam addere aut correctionis ueritatem contra incredulorum dubitationes defendere non sit opus. — denique iterum familiae M praestantia euincitur, cum praebet *aut ab Asinio*: male et contra usum huius scriptoris *ab* omittit N (cf. Weissenbornius in Iahnii ann. XXXIII p. 47; Andresenus p. 155).

Sed iam ad grauiores transeamus difficultates ex parte minore ab Andreseno [p. 115] detectas. id autem quod quibusdam solacio est neutiquam designatur, si Messala pergat, solacium illud augere sibi quaestionem propterea quod idem Graecis quoque acciderit. attente et missis artificijs lege uerba: ubinam id quod solacio erat commemorari adfirmabis? an tam pueriliter inepto loquendi genere Tacitum usum esse tibi persuadebis ut id quod sane res ipsa flagitat (solacio est quod idem etiam Graecis accidit) detruderet in enuntiatum plane diuersum? pergamus ad alia non minus absona: 'etiam apud Graecos accidit ut illorum temporum rhetores graeci longius recederent ab Aeschine et Demosthene quam illorum temporum oratores Romani a Cicerone et Asinio'. num quidquam a cogitandi ratione magis peruersum fingi potest? neque tollitur haec peruersitas, si Andresenum secutus scribis *quia uideo idem Graecis accidisse, ut etiam longius*; nemo enim suapte sponte *ut explicat adeo ut*, quemadmodum uult Andresenus, sed artius coniungit cum *accidisse*. his duobus scrupulis maximis accedit tertius non minor. nihil enim ad augendam quaestionem confert id quod Nicetes huiusque similes Graeci longius recesserunt ab eloquentiae Graecae principibus, a quibus et multo longiore temporis interuallo remoti erant, quam aequales Romani a Cicerone et Asinio. uere demum augebatur quaestio, si Graeculi illi quamuis maiore saeculorum numero distantes a principibus illis non magis descuerant quam a suis exemplaribus Romani. quibus difficultatibus a diuersis partibus in unum concurrentibus ita medendum esse censeo, ut haec *uideo etiam Graecis accidisse in idem e. Gr. accidisse* transformata post *solacio est* inseramus; nam hoc nemo in his rebus uersatus mirabitur quod traiectione facta corrector aliquis uerba latina restituit *idem* in *uideo* mutando. in eis quae iam restant *mihi auget quaestionem quia ut longius absit Aeschine* id quod porro requirimus

correctoris lenibus emplastris detractis nullo negotio reciperamus reponendo *quia haut longius abiit ab Aeschine*.

c. 16 19 *ac mihi uersantur ante oculos Ulizes et Nestor*. sic recte M: praua adsimilatione *ac Nestor N*. solet enim Tacitus in hoc dialogo nomina propria, ubi simpliciter iunguntur, iungere per *et* (ut statim *Demosthenem et Hyperidem*): *ac* ubi fit gradatio adhibetur (c. 12 *ac... ipsum Apollinem*) aut ob stili uarietatem (c. 23 *nam et te, Messala... et uos, Materne ac Secunde*).

22 *ita tamen ut utrique superstites essent*. ante *utrique* Vahlenns huic inseruit, quia 'subabsurde Demosthenes et Hyperides *utrique*, h. e. et Philippo et Alexandro superstites fuisse dicantur, quorum ille amplius duodecim annis ante hunc occiderit', comparatque ad *utrique* de duobus dictum c. 2, 6.

25 *quod spatium temporis si ad infirmitatem corporum nostrorum referas, fortasse longum uideatur, si ad naturam saeculorum ac respectum immensi huius aevi, perquam breue et in proximo est*. quid hic quidem ualeat 'natura saeculorum', latet. *ad naturam siderum* non melius Usenerus, *ad tenorem saeculorum* subuiolente ego coniecimus. legit Henochus *נָאָז* pro *נִיז*, id est *ad numerum saeculorum*: cf. Cic. Brut. 10, 89 *ut Atheniensium saecula numerantur*. iam bene sequitur *huius aevi* nonnullis suspectum: si numeras saecula et respicis inmensum quod ita efficitur aeuum. sed nec illud *si referas ad respectum* saluom esse, Spengelium non fugit, qui impeditam et molestam orationem effecit *respectu* emendans, quamquam non debuit iustissima suspitio eleuari dissimilium comparatione (ueluti si accersunt c. 3 *maturare festino*, c. 11 *ingredi auspiciatus sum*, quae, si recte interpretaris, nihil cum nostro loco habent commune); multo minus graeca exempla hic quidquam comprobant. indicium autem ueri continet mutata orationis forma (*fortasse longum uideatur — breue et in proximo est*): posita post *uideatur* grauiore interpunctione *si* in *s*; siue *sed* (millies hae uoculae permutatae) corrigamus, ut ad alterum ualeat *secundum*; Cic. Brut. 18, 49 *ad nostrorum annalium rationem ueteres*.

28 *ut Cicero in Hortensio scribit*. conferenda omnino Useneri disputatio [mus. Rhen. XXVIII 394 sqq.].

32 *incipit Demosthenes uester... non solum eodem anno quo nos sed fama eodem mense extitisse*. certatim inde ab Haasio comparant Senecae uerba [dial. III 10, 8] *deinde desinit quicquam posse ratio, si nihil potest sine affectu, et incipit par illi similisque esse*. probe intellego hoc *desinit — incipit*, nondum intellego quid lucri hinc in nostrum locum redundet. et extitere qui remouerent *incipit*; conieceruntque Andresenus *ille ipse*, Halmius [*incipit*] *Demosthenes uidetur*, Meiserus *in nostra tempora incidit* (postea *uideturque* cum Perizoniani correctore inserens), ego quondam *uidetur Demosthenes* (*uidetur* ut esset correctio illius *incipit*). nunc nego quidquam dandum esse familiae N lectioni *uidetur*: nam cum *uester* esset exaratum *ur*, hoc more solito prauae illa est interpretata. praeplacuit igitur *euincit* rescribere pro *incipit*, hoc est *conuincitur Demosthenes uester — extitisse*, constructione eadem qua habetur apud Linium 45, 10, 14 *qui pro Perseo aduersus Romanos dixisse quid aut fecisse conuincerentur* (cf. Draegerus, synt. hist. II³ p. 452) et uocabulo forensi apte assumpto ab homine forensi (cf. et

ingitis). — *sed fama* Itali sententiae incuriosi in *sed fere* mutauerunt (*ferme* I. Bekkerus). nam CCCC qui inter praesentem et Demosthenis aetatem intercesserunt anni cum magni illius anni annis $\overline{\text{XII}}\text{DCCCCLIII}$ comparati efficiunt tricesimam secundam unius anni vulgaris sine tertiam unius mensis partem, id est *sed iam eodem mense*; et hoc praestare puto Michaelisii commento *set etiam*.

1 *sed transeo ad Latinos oratores*. solet in eiusmodi ad nouam c. 17 rem transgressu abesse particula aduersatiua huiusque uice plerumque fungi ipsum illud cum ui quadam in initio positum *transeo*, cum apud alios scriptores tum in hoc dialogo (cf. praeter 22, 1 *ad Ciceronem uenio* maxime 38, 1 *transeo ad formam*). bene igitur *set* ex mera dittographia inter *extitisse* et *transeo* natum esse perspexit I. W. Beck Groninganus, auditor meus.

5 *quos quid antiquis temporibus potius adscribitis*. pro *quid* (i. e. 'quem ad finem') maluerunt Halmius *cur*, Usenerus *qui*. tribus litteris repetitis addidi *ita*. nam hoc *quid ita* ut significat id quod postulat locus ~~ita~~ in re quae aliquid miri habet usurpatur (cf. Seyffertus schol. lat. I 97), etiam in oratione indirecta, ut apud Liuuium 42, 26, 5 *quaesitum est quid ita non adissent magistratum*.

6 *ut de Cicerone ipso loquar, Hirtio nempe et Pansa consulibus, ut Tiro libertus eius scripsit, VII idus occisus est*. miror neminem esse offensum uerbis *Hirtio* — *consulibus* propterea otiosissimis quod iterum hic consulatus commemoratur in eis quae ilico subiciuntur *quo anno diuus Augustus in locum Pansae et Hirtii se et Q. Pedium consules suffecit*. recte scilicet M exhibet *ut de Cicerone ipse loquar*: primum ipse Aper breuiter exponit, deinde ostentandae doctrinae gratia (nouimus enim hominem) eandem rem accuratius designat accersito Tironis testimonio. neque iam oportet ut *scripsit* auctore Andreseno in *scribit* corrigamus; uerba Tironis suis Aper opponit (uertas 'wie es Tiro ausgedrückt hat'). — post *idus* Lipsius rectissime addidit *Decembres*: nimirum in antiquo quodam exemplari *id. dec. occisus* lectum fuit, ut facillime litterae *dec.* possent interlabi.

10 *statue nouem et quinquaginta annos, quibus mox diuus Augustus remp. rexit . . . ac sextam iam felicis huius principatus stationem, qua Vespasianus remp. fouet: centum et uiginti anni ab interitu Ciceronis in hunc diem colliguntur*. secundum consentientia ueterum scriptorum testimonia Lipsius *sex et quinquaginta* restituit. ita cum numeri non sibi constant (ab a. 43 a. Chr. n. usque ad 74/75 p. Chr. n. non 120, sed 118 anni efficiuntur), Sauppis infra correxit *ac nouem, felicis* — *stationem, qua*, sermonem a. 77/78 habitum esse putans [Philol. XIX p. 258]. quod refutatur, ut alia mittam, eo quod Mucianus, qui dialogi c. 37 tamquam uiuus commemoratur, ante a. 77 mortuus est [cf. Iansenus p. 16, Weinkauffius p. LXXVII]; unde elucet, uere codices sextum imperii Vespasiani annum indicare tamquam eum quo hic sermo sit institutus. ergo nihil in numeris mutandum, sed agnoscendum esse Apri errorem existimo. nam quamuis ne sic quidem omni a parte recta euadit computatio [59 + 23 + 4 + 14 + 14 + 1 + 6 = 121], rector tamen est quam si auctore Lipsio 56 annos damus Augusto, cum praesertim illud *sixtam iam* innuat quintum Vespasiani

annum uixdum fuisse finitum. neque talem errorem nimis mirabimur in Apro, non sat accuratae eruditionis homine, si recordamur simile eius peccatum paulo post in Coruini et Asinii temporibus commissum. sed remanet corruptela in uerbis *sextam iam felix huius principatus stationem*. et eorum quidem opinionem, qui Vespasiani principatum sextum locum in hac enumeratione optinere putant artificio incredibili et ne recto quidem (septimum enim locum ille optinet), neglego post ea quae Iansenus l. l. monuit. ubicumque autem stationis uocabulum transfertur ad designandum Caesarum imperium (cf. Velleius II 124 et 131; Sueton. Claud. 38; Fronto p. 168 Nab.), ipsum imperatorum munus significat, non unum aliquem annum regni aut huius partem; neque qua ratione hoc fieri liceat patet. hinc congruunt coniecturae ante temptatae multae (ueluti Meiseri *sexennem* — *stationem*, Schelii *sex iam, tam f. h. pr. stationem*). nec magis tutum Schultingianum *secutam iam* — *stationem* aut Urlichsii temptamen *septimam iam* — *stationem*; certum enim annorum numerum hic quoque flagitari apparet. quod ego recepi in textum *sextum* (scil. annum) *iam felix huius stationis*, id glossa *principatus* supra insuetum librariis *stationis* posita paulatim in eam quam codices praeferunt speciem deprauatum est (fortasse *sex iam* (sc. annos) *tam* a Schelio mutuari praestat).

18 *uidi senem, qui se fatebatur*. sic ut M secuti legamus suadet quod paulo infra extat *uidistis plerosque senes qui . . . narrabant*.

ibid. *ei pugnae interfuisse, qua Caesarem inferentem arma Britanniae arcere litoribus et pellere aggressi sunt*. neminem animaduertisse uideo, his uerbis designari posse tantum priorem Caesaris expeditionem Britannicam. tum enim a. 55 a. Chr. n. Britanni eum *arcere litoribus* studebant, cum contra anno subsequenti hoste non impediendo in litus egrederetur. consule ipsum Caesarem [b. g. IV 23 sqq.] de ea pugna exponentem: duas huius fuisse partes inuenies, unam qua prohibere quominus Romani nauibus egrederentur, alteram qua egressos depellere studerent Britanni. et hac equidem obseruatione utor ad loci emendationem. [iure enim offensus est Ernestius in eo quod ex *Britanniae* uoce postea ad *aggressi sunt* eliciendum est subiectum *Britanni*. itaque hoc ipsum *Britanni* ille uoci *Britanniae* substituit, nulla cum difficultate ad nude iam positum *arma inferentem* cum subaudiamus mente datium (*Britannis* praetulere Bipontini). ita autem Ernestio accessi ut potius *Britanni et arcere litoribus et pellere aggressi sunt* Tacito restituerem, et duas pugnae partes modo commemoratas respiciens et faciliorem corruptelae explicationem (cf. c. 5 *loricae ex lorica et, c. 31 irae ex ira et ortum*).

22 *pertraxisset, et quidem et Caesarem ipsum*. postquam Rhenanus submoto et priore scripsit *idem et*, Spengelius maluit *aeque idem et*, non recta puto uerborum collocatione (*idem aequo desidero*). *ecce idem et* ipse quondam Aprum dixisse putabam. nunc Meiseri transpositionem recepi utpote ad efferendam oppositionem ualidiorem.

27 *nam Coruinus in medium usque Augusti principatum, Asinius paene ad extremum durauit*. tantum abest ut Messala Coruinus uixerit usque ad a. 14 a. Chr. n. (nam in hunc cadit medius Augusti principatus), ut circa a. 9 p. Chr. sit mortuus; id quod praeeunte Borgeio enicit Nipperdeus [opusc. p. 288 sqq.]. paucis autem annis

ante (5 p. Chr. n.) e uiuis excesserat Asinius Pollio. quibus ab historiae fide patefactis Nipperdeius, postquam Borgesius improbabiler Cornini et Asinii nomina inter se locum mutare iussit, potius *medium* in *extremum* corrigebat. dubito tamen uehementer, num trium quatuorue annorum inter utriusque mortem spatium minimum praesertim in longissimo Augusti regno admittat tam subtilem distinctionem *extremum* et *paene extremum*; certe sani iudicii mentisque homo sic locutus esset: nam uterque paene ad extremum A. principatum durauit. ergo hic quoque agnosco ipsius Apri errorem quocumque modo ortum.

6 *et quos utinam in ulla parte imitatus esset.* familiae M lectio c. 18 in ulla prae expeditiore classis N nulla genuina archetypi O esse uidetur. uoluerunt Muretus *ne in illa*, Halminus *ne illa*; ipse *non ulla* scripsi, quia et rectius puto dici de uniuersa imitatione et adest idem uitium, quod saepius in dialogo deprehendere licet, scil. *n̄* in *ī* corruptum. ceterum cf. Cic. de orat. II 361 *utinam non impudentis*; Quintil. IX 3, 1 *utinamque non peiora uincant*.

18 *num dubitamus inuentos qui pro Catone Appium Caecum magis mirarentur.* scripsit Groslotius [Burmanni syll. epist. I p. 358] *prae Catone*; quod esset rectum, si *potius* pro *magis* legeretur. Schurzfleischius delent *magis*. ea quae praecedunt *uetera semper in laude, praesentia in fastidio esse* uere inlustrantur, si ex corrupto *pro* elicimus quo ipsius Catonis temporibus suos Appium habuisse admiratores indicetur. aut *uiso Catone* aut *magis* adfabili emendandi genere, quo quae omiserunt ad similia aberrantes a similibus librarii supplemus, *probato Catone* Tacito restituo; et hoc quidem dicendi genus ex. gr. ex Ciceronis Bruto sat notum est.

22 *parum Atticus uideretur.* de huius emendationis Lipsianae ueritate quoniam nunc quoque nonnulli dubitant, relego lectores etiam ad ea quae Bakius praef. ad Cic. de or. p. XII dixit, ut alia adferre parcam.

24 *Caluum quidem Ciceroni uisum exanguem et attritum, Brutum autem otiosum atque diiunctum.* non credo foedum illud *attritum* sustentari loco Ciceronis [Brut. 283] *itaque eius* (Calui) *oratio nimia religione attenuata doctis et attente audientibus erat inlustris*; copulant *exanguis et aridus* auct. ad Herenn. IV 11, Quint. XII 10, 14. deinde neque *otiosum* (cf. c. 22 *otiosus circa excessus*) cum Schelio in *concisum* neque *diiunctum*, quod idem ualet atque id quod statim legitur *solutum* (cf. et c. 11), cum Lipsio (qui postea ipse spreuit), Rutgersio, Bipontinis in *discinctum* transformandum puto.

1 *nam quatenus antiquorum admiratores hunc uelut terminum antiquitatis constituere solent, qui usque ad Cassium, quem reum faciunt quem primum adfirmant flexisse.* priores cum coniecturam Puteolani *Seuerum* pro *quem reum* scribentis amplexi qualemcumque formam reddere studerent uerbis *qui usque* — *faciunt*, neglexerunt huius enuntiatum apodosin. quam qui a uoce *Cassium* incipere debere primus perpexit Michaelis, is recisis uerbis *qui usque ad* et porro *faciunt* prouideret et perspicue haec reliquit Tacito *solent: Cassium Seuerum, quem primum adfirmant*. non improbo equidem audax remedium (nam tali sane hic opus est); sed qui intellego *qui usque ad* adiectum esse

a monacho huius ambitus constructionem non perspiciente, idem num recte Puteolani non sane probabilis coniectura retenta sit dubito. a qua eadem dubitatione profectus nuper Vahlenus proposuit: *solent, qui usque ad Cassium <Seuerum eloquentiam aequali et uno tenore processisse statuunt: Cassium,> quem reum faciunt, quem primum affirmant flexisse.* quod et ob ipsius supplementi uerba (difficillime enim hoc *qui* — *statuunt* ad illud *antiquorum admiratores* accedit) et ob mirum profecto et insolens *quem reum faciunt, quem primum affirmant* displicet. et hoc quidem cum uir doctus confirmari putat loco c. 16, 16 *hoc primum interrogabo, quos uocetis antiquos, quam oratorum aetatem significatione ista determinetis* (nam alter locus c. 40, 20 plane hinc alienus), egregie fallitur. nam ut aptissime breue illud *quos uocetis antiquos* addito iam *quam* — *determinetis* amplificatur definiturque accuratius iusta gradatione, sic ineptissime graue ac forte illud *quem reum faciunt* excipitur uerbis *quem primum affirmant* adeo otiosis ut taedium moueant: non potuit scriptor tolerabilis aliter loqui quam ita *quem reum faciunt primum flexisse.* et uelim omnino scire, ubi magis legitima sit suspitio interpolationis quam in uerbis *quem affirmant* adscriptis scilicet ad *quem reum faciunt.* neque enim, cum de persona nulla plane esset ambiguitas, ut plenum Cassii nomen hic poneretur opus erat; *Cassius ad Tiberium secundo* citat Diomedes p. 373.

5 *nec inscitia litterarum.* scio multos extare locos quibus dubius haereas, siue *inscitia* an *inscientia* praefendum (cf. ex gr. Haasius ad Reisigii praelect. p. 118). quos tamen si acriter perpenderit, ubique illud discrimen a multis obseruatum intercedere animaduertes, ut *inscitia* ad usum atque experientiam, *inscientia* ad studium et certam rei alicuius cognitionem spectet. sic c. 28 *inscientia praecipientium* est ea qua praeceptores laborant cognitio parua litterarum (cf. et c. 33 *nostrae inscientiae*), cum contra *inscitia* siue paruus in instituendo usus uel in eruditissimos doctores cadat. *inscitia* autem *litterarum*, siqua omnino est, non hic locum habet in Cassio, qui propter solam artis doctrinaeque ignorantiam et ut homo institutione litteraria destitutus potuit nonnullis uideri nouam iniisse dicendi uiam. — quod deinde Andreseni [p. 119] emendationem *ad aliud dicendi genus* multis probatam recepi, non eget defensione.

7 *cum condicione temporum et diuersitate aurium.* quae est in talibus uocis *cum* significatio, interpretandum est: mutatur temporum condicio, mutanda est etiam oratio. nunc priori membro adde 'et mutatur diuersitas aurium': ridebis, siquidem statim sentis ipsis auribus mutatis fieri earum diuersitatem. quod proposuit Andresenus [p. 133] *ex diuersitate aurium*, in textum recipere non dubitauit; nisi forte praefers *diuersitate* ut glossema remouere.

10 *atque id ipsum laudi dabatur.* talia cum non ex coniectura reponantur, manifestum est alteram lectionem *laudabat* ex priore illa prouenisse uitio maxime uulgari, scilicet conflatis in unum uocabulis.

15 *quodsi quis adoratus philosophiam uideretur.* optinuit uulgo quod Itali rescripserunt *odoratus.* quod uerbum ita statuunt hic usurpari ut adaequet fere 'leui alicuius rei notitia se imbuere' (germanice 'an etwas riechen'), sed arbitrario et ex mera lubidine hunc translatum uerbi usum sumunt. cui rationi primum non fauet consuetudo.

nam quem locum praeterea adferri uideo a lexicographis, scilicet Lactantii [VII 1, 11] *neque comprehendisse philosophos ueritatem, sed ita leuiter odoratos ut tamen*, eum ob additum *leuiter* ita apparet explicandum esse ut *odoratos ueritatem* aiamus esse 'ueritatem inuestigasse', cum uerborum ob lusum Lactantium illud uocabulum assumpsisse ea quae porro apud eum leguntur doceant. deinde uero, etiamsi uerbum hac translata significatione usurpari certis stabilitum esset exemplis, tamen propter ipsam humilitatem censendum esset indignum dicendi genere huius libelli proprio. cum autem agatur de sola coniectura, eo maiore cum iure magis idoneum circumspicemus uocabulum. *adortus* scripsi pro *adoratus*; neque obscura est haec locutio *adgredi, adoriri aliquam disciplinam* (nos 'in Angriff nehmen'): cf. Cic. ad Att. 16, 2, 6. eoque hic aptior est nox illa, quo maioris tum coepti res erat philosophiae studium.

20 *cum uix in cortina quisquam adsistat*. qui cortinam explicant locum iuxta tribunal positum, quo aduocati scribaeque et praecones habuerint sedem, posthabent assistendi uerbum, quod ut de auditoribus et corona cogitemus paene cogit. et coronae commemorationem adeo totus flagitat locus ut non dubitauerim recepta Ursini emendatione remouere insuetum dubiaeque fidei (ab illa quidem significatione) uocabulum. sed siue *cortina* siue *corona* amplecteris, non alio pacto coeunt *uix* et *in corona (cortina)* nisi ut locus designetur, in quo infimae plebis homines plane inlitterati uersari sint soliti. quod ipsum est ineptissimum. non diuersi erant loci (in usum doctorum, semidoctorum, indoctorum: cogit me ut haec adscribam Andresenus), sed erant diuersi qui in unum locum confluxerunt auditores. et inter hos recte distinguitur c. 20, 9 *uulgus quoque adsistentium et adfluens et uagus auditor*, porroque c. 32, 7 *idque non doctus modo et prudens auditor, sed etiam populus intellegit*. similem autem sententiam plane necessariam nanciscimur transponendo *cum in corona uix quisquam adsistat* (siue, quod tamen non praetulerim, *c. u. q. in corona*). scilicet *uix* ante *quisquam* interlapsum falseque textui redditum erat; et fortasse illud *corona in cortina* corruptum est eo quod in antiquo quodam exemplari signo adposito erat declaratum, *in corona* ante *uix* esse traiciendum.

24 *non iure et legibus recte M exhibere docet quod opponitur ui et potestate*: ex negligentia N habet aut pro et.

17 *siue in suis aliquis arguta et breuis sententia effulsit*. Mu. c. 20 retus pro *in suis* rescripsit *sensus* communi fere editorum consensu receptum. sic tamen claudicat membrorum aequabilitas. uerba enim sequentia *siue locus exquisito et poetico cultu emittit* innunt laborem studiumque, quo loci communes domi solebant effingi exornarique. recte igitur ac pulcherrime a ui oppositionis ante omnia in talibus obseruatae Marklandus [ad Statii siluas p. 2] *in subitis* emendauit, conligens Plinium [epist. I 16] *siue meditata siue subita proferret*. unum tamen neglexit uir egregius, scilicet sic *aliquis* non posse retineri; nam *orator aliquis effulsit* nihili est, et iterum *locus* postulat quod ex contrario ponatur. addidi *color*, conferens Quintiliani [X 6, 5] uerba fortasse non sine recordatione loci nostri scripta *sed si forte aliquis inter dicendum effulserit extemporalis color* et huius capituli illud *colore*

sententiarum cum interpretum adnotationibus. scriptum erat, ut puto, in fine lineae *in subi* omissis in nouae lineae initio reliquis *tis color*; quo modo saepe peccarunt scribae, deditque hic error semel commissus librario insequenti ansam restituendi quod latinum esset *in suis*.

19 *poeticus decor non Accis aut Pacuui ueterno inquinatus*. recte est obseruatum ab Andreseno [p. 133], ipsam orationem ueterno inquinari; quidquid enim iam inquinatum sit, non decorum posse dici. quae offensio cum non tollatur Halmiana coniectura *inquinandus*, reponendum puto *sermo pro decor*.

c. 21 3 *nec unum de populo ganuti aut atti de furnio et coranio quique alios in eodem ualitudinario haec ossa et hanc maciem probant*. in loco plane desperato nolo longus esse: tu uide Nipperdeium [opuscul. p. 303—313] accuratissime de eo disputantem simulque praesente Gronouio testimonia de ipsis oratoribus hic commemoratis componentem. post *de populo* inseruere loquar uti Silligius, *nominabo* Nipperdeius, *dicam* Michaelis (*memorabo aut dicam* ante *de Furnio* Haasius). deinde *Canutium aut Arrium Furniumue nominabo* Gronouius, Nipperdeius *Canutium aut Arrium uel Furnios et Toranios* scripsere. iterum summa est dubitatio de fine enuntiati, cum praesertim ipsae codicum familiae fluctuent inter *quique alios* et *alios*: proposuere *quique alti* Muretus, *quique alii* Lipsius, *aliosque qui* Michaelis, *quosque alios . . . haec macies probant* Gronouius. denique ipsum illud *probant* corruptionis arguerunt Acidalius *produnt*, Ritterus *praebent* conicientes.

6 *uix in una et altera oratiuncula satisfacti*. sic nunc secundum codices uulgo scribunt de latinitate securi. *unus et alter* (u. atque a., u. alterque) significat *nonnulli* siue *complures*, contra *unus aut alter* (*alterue*) ualet *pauca* (cf. Dial. c. 9; 29; 39). inuenitur quidem locus unus alterue, ubi tam tenue ac subtile est discrimen ut in differentia lectionis dubius haereas; sed hoc certum est, ubicumque accedat *uix*, non habere locum nisi particulam disiunctiuam (cf. ex. gr. Taciti Germ. 6 *uix uni alteriue*, Plinii epist. V 20, 5 *eloquentia uix uni aut alteri contingit*); certe non memini me usquam legere *uix unus et alter*, quod et ratio ipsa respuit. ortum est hic uitium ex eo quod praecedit *unum et uiginti*.

8 *Calui in Asicium aut in Drusum legit?* necessario requiritur aliquid, unde *Calui* pendeat. *ista* ante in prius inseruit Schultingius; melius Broterius huc traxit id quod in sequentis lineae initium praue traiectum erat *accusationes*.

11 *est enim uerbis ornata et sententiis, auribus iudicum accommodata* uulgo interpungunt. unde cum haec uerba iam minus placerent, asyndeton non sine iure molestum sustulit Heumannus coniciendo *auribusque* (alii *et auribus*); praetereaue Andresenus [p. 139] elegantiae bene se consulere putauit prolata hac coniectura *est enim et u. o. et sententiis, auribus* eqs. tantae molis erat! nimirum id quod uerum est dudum agnouerat Rhenanus, qui *sententiis* cum eis quae secuntur coniunxit sublata interpunctione. ceterum cf. Cic. de or. I 213 *qui et uerbis ad audiendum uicundis et sententiis ad probandum accommodatis uti possit*; idem ibid. I 54 in fine.

17 *sordes autem illae uerborum*. retinui familiae M scripturam *illae*, scilicet 'de quibus inter omnes constat'; quam interpretandi

rationem falsam esse nequaquam euicit Andresenus [p. 168]. ex lectione altera *regul(a)e* sane quam mira (fortasse ex initio sequentis lineae *redolent* per dittographiam orta) *rubigoque* Rätterus, *rerum et Michaelis, et maculae* Meiserus, omnium pulcherrime *reiculae* Ribbeckius elucuerant; sed quid his omnibus magis superfluum est post forte illud *sordes*?

25 *nisi forte quisquam . . . legit, nisi qui.* frustra sermonem balbutientem defendere student alienis. Gronouii mutatio ceterorum coniecturis (unam Classeni commemoro *num forte*): longe praestans *nec ferme* difficilior uidetur quam est. sexcenties enim *nec* (n^o) et *nisi* (n^o) confusae in codicibus; quo errore admissio iam *nisi ferme* cessit in uulgarem formulam *nisi forte*.

38 *quia non per ipsum stetit* recte M: errore alibi quoque obseruato (c. 20, 14) *nec* pro *non* scripsit M.

39 *uiderimus inquam iudicio eius uis aut animi aut ingenii suffecerit.* uiolenta coniecere attractatis etiam sanis: *stetisse* — *uidemus, in quantum* — *suffecit* Freinshemius, Heumanno praeeunte *uberrimus, in quantum* — *suffecit* Nipperdeius. leniore quidem ratione Acidalius et *uidemus, in quantum* uoluerat; nisi quod lenissimum erit praeter *inquam* iam ab Italis curatum in una uoce *uiderimus* ita cohibere mutationem ut uitii origo pateat. *uidem' enim* in *uidenim'* siue *uidenimus* conflatum idque correctum in *uiderimus* existimo. *enim* explicat id quod praecedit *non per ipsum stetit*.

4 *nec ulla re magis eiusdem aetatis oratores.* sic recte uerba c. 22 collocari in M, demonstrat perpetua Taciti in dialogo consuetudo (ut paulo ante *suorum temporum eloquentiam*).

8 *quas senior iam et iuxta finem.* hic quoque consueta ex negligentia magis uulgare *iam senior* exhibet N contra scriptoris usum, qui (permulti ut dialogi loci docent) cum in aliis tum uero in uoce *iam* adamauit anastrophe. mox in eodem capite N obliterauit rectam ablatiui formam *supellectili* (de qua cf. Sirkerus, Tacit. Formenl. p. 13) pessumdeditque pulcram anaphoram *ut sumere in manus, ut aspicere: pergentne docti, hanc familiam praeponere alteri?*

13 *otiosus circa excessus.* coniecit Bakius [schol. hypomn. V 51] *odiosus* praeter necessitatem.

14 *pauci sensus optet cum quodam lumine terminuntur.* etsi secutus sum simplicem Acidalii coniecturam, quaeri tamen posse intellego, num hic maiore fide sit digna N classis, quae *opt et* ita praebet ut inter utrumque lacunae signa ponat. *apte numeroseque et* Schurzfleischius, *apte cadunt et* Michaelis, *ut oportet et* Vahlenus (male hic ut extra uitii sedem addens) proposuere. si reuera Henochus ea quae legere nequii utpote uebustate corrosa lacuna relicta significauit, coniecerim *optune et* antiquitus fuisse exaratum, euanuisse litteras *une* una cum lineola. de scriptura *oportune* (quam accuratior inquisitio unice rectam, nisi fallor, aliquando euincet) sat constat.

22 *quaedam uero procul arcentur ut iam obliterata et olentia.* forma a me coniunctino praelata *arcentor* egregie facere uidetur cum forti illo quod praecedit *uolo* (hoc est *iubeo*: cf. Donatus ad Terentii Andr. 418 '*nolo*' et '*uolo*' *nimis imperiosa est dictio*). optime deinde sensit Acidalius, nihili esse *olentia* nude positum. ipse uoluit *exoleta*,

Andresenus [p. 147] improbabiliter *antiquitatem olentia*; nobis ex *olentia* praeplicuit facere *ſdentia* siue *sordentia*: cf. Quintilianus VIII 3, 49 *uerba inuulgata et sordentia*; Sen. rhet. contr. IX 25, 26 *uerba antiqua et sordida*; dial. c. 21 *sordes uerborum*.

- c. 23 10 *rhetorum nostrorum commentarios fastidiunt oderunt, Calui mirantur*. synonymorum cumulatio asyndetica antiquissimis familiaris, inde a Ciceronis aetate nisi sub certis condicionibus non admissa iure displicuit plerisque. neque tamen erat cur Heumannus inuideret Apro consuetas delicias eiciendo *oderunt*; immo correctorem Italum secuti et inseremus: *fastidit et odit* est Horatianum [epist. II 1, 22]. grauius uoci *Calui* subest uitium, bene illud a Nipperdeio [opusc. p. 313 sq.] detectum. cuius coniecturae *L. Aelii* (de cuius arte quadam rhetorica nil constat) praetuli quod litterularum duarum transpositione efficitur *Valgi*, cuius de arte testatur Quintilianus III 1, 18 (cf. Teuffelius hist. litt. Rom. § 241⁸). flagitatur autem clari cuiusdam et celebris hominis mentio, qui eundem in rhetorica locum optinuerit atque in poetica Lucilius et Lucretius, in eloquentia Sisenna Varroque (unde uides, hac quoque a parte parum commendari *L. Aelium*). et uidentur paucissima quae ex *Valgii* arte supersunt fragmenta innuere, eum ab antiquorum parte stetisse.

16 *quae animi anxietate contingit*. non concoquo *animi* in re pusilla additum. siquis cauet ex. gr. omnis auras uentosque ne damnum capiat corpus, eum anxie ualitudini cauere, non animi anxietate, simpliciter dicunt homines simplices. officias fecerunt boni monachi corporis animique oppositionem adamantes. praeeunte autem a *nimia* Groslotio I. H. A. Schulze in dialogi editione a. 1788 Lipsiae facta, praepositionem melius abesse intellegens, *nimia* repositit.

18 *uos uero, disertissimi, ut potestis ut facitis, illustrate*. *Acidalius* ex constanti Taciti usu (cf. c. 9; 30; 41) *uiri* addidit post *disertissimi*, cuius post ultimos ductus totidem *imi* facillime *uiri* potuit interlabi (sine necessitate igitur *Michaelis* et *Halmius* potius post *uero* inseruerunt *uiri*). non debuit autem pulcrum gradationem *ut potestis ut facitis* delere *Peerlkampius* pro altero *ut* reponendo ac, multo minus leuisculae huic suspicioni insistens *potestis, ut facitis, illustrare* conicere *Andresenus* [p. 120]. tu fortiter effer illud *pulcherrimo*.

23 *ea quotiens causa poscit ubertas et quotiens permittitur breuitas*. *Itali* et *Spengelius* *permittit*, *Wopkensus* *ea* pro *et* restituere. nec tamen utrumque recipiendum erat simul: sufficit alterum utrum. praetuli *ea* propter anaphorae quod in hoc enuntiato conspicietur studium.

- c. 24 7 *nec quemquam nostrum, quamquam modo laudati sumus, iis quos modo insectatus est Aper comparamus*. facile sentimus, abundare alterutrum *modo*, ut sensit iam is qui *N* scripsit, cum tacite posterius omitteret. sed dum pondero utriusque membri ad admittendam uoculam facultatem, inclino ad abiciendum prius *modo*. subest autem id dittographiae genus, quod inlustrari praefationis ad *Panegyricos latinos* p. XIV sq.

10 *more ueteri et a uestris philosophis saepe celebrato*. nondum condemno scripturam *uestris*. nam cum *Aper*, quem incubuisse studiis philosophicis plane inprobabile est, ipsa sententiae conformatione ex-

clusus sit, ad Messalam et Secundum conuersus uerba illa loquitur Maternus (cf. Cic. de or. II 61 in *philosophos uestros si quando incidi*). neque enim ex eo quod c. 32 Messala philosophiam tot tantisque uerbis commendat, concludere licet (ut conclusit Nipperdeius), eum se solum ex sermonis participibus tamquam disciplinae illius sectatorem efferre; immo contra nouos oratores Apri similes et a philosophia abhorrentes ibi loquitur. nec mihi quidem incredibile uidetur, Secundum, quem in ceteris quoque a Materni et Messalae parte stare uideamus, non alienum fuisse a philosophia; minus credibile est de Materno poeta, quem ut comprehendamus cogit lectio peioris classis *nostrae*, sine iusta igitur causa Muretum *uestris* expulisse e textu, Nipperdeium [opuscul. p. 316] in *ueteribus* mutasse arbitror.

12 *satis enim illos fama sua laudat*. postulat oppositio *sua fama*: non indigent antiqui aliorum laudatione, propria et peculiari laude cum uigeant. recte contra c. 21 *minorem esse fama sua*.

15 *in hunc diem effici ratio temporum collegerit*. haec auersatus est quisquis latine callebat. si Maternus non re tantum sed eisdem etiam uerbis Apri miram computationem exagitare uoluit, dixisset sine dubio *ratione temporum Aper collegerit*; quod ipsum uiolenta coniectura restituit Schultingius tam offensus in singulari dictione *ratio colligit* quam in coniunctis *effici et collegerit*. nam quam bene dicimus *ratio efficit* uel *uincit*, tam usitatum est *ratione colligitur* (nec sat ualidum ad defendendum Columellae [III 10, 13] exemplum ab Helmreichio adlatum *disputatio nostra colligebat*). sed ut sit latinum *ratio colligit*: nullo pleonasmii genere nullisque grammaticorum praestigiis sustentatur hoc *ratio colligit effici CXX annos* (si quis diceret germanice: 'die Berechnung der Zeit hat ergeben, dass herauskommen', quis risum teneret?). Roerschius autem *effici* delendo cum partem tantum uitii remouerit, alii autem alia coniectantes (ut *ratione t. collegeris* Seebodius, *ratione t. colligatur* Halmius) artis probabilitatem parum curauerint, nouam ingresso uiam indaganda mihi est ueritas. non ita uetus autem mendum, ni fallor, adest. nam ipsum Henochum, cum in oodice inueniret *effici ratio temporum*, adieciisse uerbum ex c. 17 adsumptum puto, scriptum scilicet ita *collegit*; quod in N ex illius mente pro *collegerit*, in M facili errore pro *colligitur* acceptum est. ex illa autem quam Henochum inuenisse statuo lectione eruo una adiecta syllaba (cuius defectus facile explicatur) *efficiat ratio temporum*, fortiter et neruose ut in substantiuo finiat orationem Maternus (cf. c. 23 fin. *dicturi sint posterius nostri saepiusque*).

4 *uocarentur quos satis constaret* recte praebet M, ut postulat grammatica, e mente Apri cum haec dicantur: prae et solita corruptela *constat N*. cf. ex. gr. Cic. de orat. I 91 *cum repeteret . . . , quos . . . constaret*.

8 *ne illi quidem parti sermonis eius repugno, si cominus fatetur*. c. 25 coniecturas uiolentissimas qui temptabant, in eo sunt falsi quod si retineri posse negant. qua de re ut iam alii dubitabant comparantes libri nostri c. 14 *Apri sermo, cum Maternum exhortatus est* et c. 15 *hunc tuum sermonem, cum contenderes*, ita nuper Vahlenus apte haec Tulliana attulit Tusc. I 46, 111 *illa suspitio intolerabili dolore cruciat, si opinamur*, ibid. III 31, 76 *illam opinionem maerenti, si se officio*

fungi putet. hoc duo perspexerunt docti (nam ceterorum atrociam remedia iam nil attinet referre), Nissenus *comminans* pro *comminus* coniciens (quod uerbum nimis uehemens est neque conuenit eis quae Aper c. 18, 7 dixerat) et Pabstius *repugno comminus*, si *fatetur* restituens egregie. dixerat Messala paulo ante *mihî de uocabulo pugna non est*; nunc si pergit *ne illi quidem parti*, desideramus fere additum *acriore proelio conserto resisto*; et hoc praeclare exprimitur Pabstii coniectura. locutio *pugnare cominus* notissima.

12 *Aeschines et Hyperides et Lysias et Lycurgus.* quo iure ex his Lysiam expulerit Venerus, demonstrant rite perpensa uerba *haec oratorum aetas.*

16 *Brutus si uere et prioribus.* cur Lipsii coniectura *suo iure* sit falsa docet Andresenus [p. 170], cuius emendationem *iure* praecepit Perizoniani corrector.

18 *at strictior Caluus, numerosior Asinius.* uulgo auctore Acidalio *adstrictior* legunt; sed melius concessiuam enuntiati naturam respiciens Meiserus *sit strictior*: cf. ex. gr. Cic. Brut. 19, 76. nec enim simplex pro composito usurpatum carere exemplis priores adnotarunt (Quintil. X 1, 77 *Aeschines minus strictus*; idem XII 10, 52). idem autem Meiserus quod pro *numerosior* coniecit *neruosior*, propterea quidem laudandus est quod quae ferri nequeunt reiecit. quid enim falsius peruersiusque uulgata scriptura? compara et Senecae [epist. 100, 7] et Quintiliani [X 1, 113] de Asinio iudicia acerba, quibus adice quae Aper ipse c. 21 de eo loquitur: *difficillime tibi persuadebitur, contra hanc communem omnium opinionem Messalam eum numerosum uocasse. sed Meiserianum neruosior et ipsum nimis honorificum est. dixerat enim Aper adeo durus et siccus est; oratio autem sicut corpus hominis ea demum pulcra est, in qua non eminent uenae nec ossa numerantur, sed . . . ipsos neruos rubor tegit.* hoc recte Messala respexit, si Asinius ei audiit *uenosior*: cf. Persius I 76 ibique interpretes. pro inusueti *uosi*or librarius sibi legere uidebatur tritum illud *uosi*or.

20 *eandem sanitatem eloquentiae serunt.* Italorum commentum *ferunt* quoniam a latinitate non sat tutum est, Acidalinus maluit *preferunt* (Andresenus [p. 150] *prae se ferunt*). necum aut *gerunt* scribas (uertas 'sie tragen an sich', cf. Cic. de off. III 4, 16 *similitudinem quandam gerebant speciemque sapientium*) aut certe *seruant*.

27 *credo solitos et inuidere et liuere et ceteris.* adeo sine discrimine adhibentur inuidendi liuendique uerba (cf. Nipperdeius opusc. p. 319), non facile ut tamquam synonyma coniungantur, nedum per *et* — *et* discernantur. *et inuidere* glossam olim ad *et liuere* fuisse adpositam, ut putauit Nipperdeius, non ita probabile est; nec multum iuuat Michaelis solum *et* prius includens aut Halmius idem in *esse* mutans, ut Ritteri coniecturam *liuore* omittam. equidem hic agnosco id uitiorum genus, psychologicum quod erant qui appellarent. *liuere* enim uox adiuncta cum suggessisset scribae animo inuidendi notionem, hoc ipsum *inuidere* ille reposuit loco alterius uocis a litteris simillimae; perfectumque est necessario uitium postea *et* addito. nec coniecturae nostrae *inuicem liuere* obstat, quod paulo ante legitur *inuicem obtractauerunt*. nam ut ceteri scriptores quantumuis politi, ita Tacitus sine cunctatione eadem uocabula, modo ne in eodem uerborum ambitu,

repetebat quamquam deficientibus figuris rhetoricis (cf. loco nostro *malignitas*).

32 *siquos alios antiquorum agitare non destitit*. de P. Vossii emendationibus a me in textum receptis cf. Andresenus [p. 152]. — mox *non exigunt* Boettcherus, melius Meiserus *non exigit defensorem res* noluerunt. *id* si mente non licet supplere, fortasse post *exigit* intercidit.

4 *adeo melius est oratorem uel hirta toga induere quam fucatis et meretriciis uestibus insignire*. haec suapte se sponte coarguunt falsitatis. neque tamen commenta Ritteri *hirtam togam* — *insigniri* (uel se *insignire*) et Andreseni *oratorem in orationem* mutantis respondent arti. nam huiusmodi locis, quorum deprauationem in uniuersum quidem sentimus, accurata inuestigatione inquirendum est num qua uox per se suspicioni praebet ansam, ut habeamus unde in sanando possimus proficisci. hic si singula uerba acriter perpenderit, moleste feret id quod est *uel*. nam *hirta toga* antiquom dicendi genus omni ornatu uacuum, *fucatae et meretriciae uestes* recens illud nimio et parum uirili cultu conspicuom designant: quid opus erat in hac oppositione unum membrum intendi adiecta *uel* uoce? hanc igitur ita remoueri ut quod desideramus ad integram sententiam inde eruerem.

10 *laudis et gloriae et ingenii loco*. intellegimus quid sit 'iactare laudis et gloriae loco', hoc est 'tamquam sit res gloriosa laudisque plena'; sed 'iactare ingenii loco' nego admittere iustam interpretationem. quid enim hoc sibi uelle dicemus 'tamquam sit res ingeniosa, si saltantur cantanturque commentarii sui'? quod ingenium, si alicuius, est eorum qui cantant saltantque. mirifica autem arte, quam hic ut ubique uix est tanti refutare, Peterus *ingenii loco* explicat 'tamquam sit testimonium ingenii sui'. postea idem, sibi ipse puto diffusus, *laudis et gloriae et ingenii loco* secundum id quod c. 1 legitur *ingeniis gloriaeque* per figuram quam *ἐν δὴ δὸυοῖν* uocant explicari putat, oblitus nimirum in hac figura non tribus esse locum uocabulis copulatis. sed ut tandem serio agamus, delendum esse in propatulo alterum et dittographum, ut euadat sensus: tamquam id ipsorum ingenio laudi gloriaeque esset. duplicis enim genetiui exemplum plus quam unum hic libellus praebet.

12 *sed tamen frequens sicut his clausula et exclamatio ut oratores nostri . . . dicantur*. quid ualeat firmum solidumque fundamentum in codicibus recte aestimatis positum, hic locus dilucide demonstrat. **M** enim *sicut his clausula*, contra **N** habet *sicut his clam*. quibus ex lectionibus utra genuina archetypi scriptura sit habenda si secundum artis regulas exploramus, una est responsio haec, ex *clausula* compendiose *cta* scripto (ut reuera scribit **M**) facillime *clā* siue *clam* (cf. c. 28 *cellula*), uix et ne uix quidem ex *clam* oriri potuisse *clausula* (multo minus de Italorum coniectura hic somnare licet). hinc conruunt eorum qui a familia **N** steterunt conamina, ueluti quae protulerunt L. Muellerus *frequens saeculo exclamatio*, Ribbeckius *fr. saeculi huius excl.*, Meiserus *fr. sic ut ipsa clamet excl.*, Vahlenus *fr. sic ut quiuvis clamet excl.* (quemuis illud clamasse!). haec similiaque cur per se displiceant non exponam, cum subtractum sit illis fundamentum. est autem exclamatio scilicet auditorum; id quod ita extra dubitationem

ponunt uerba *ut oratores nostri — dicantur*, ut quomodo nonnulli docti de ipsorum oratorum exclamatione cogitauerint in obscuro sit; estque res adeo aperta per se, neutiquam ut sit opus cum Rhenano *quibusdam* aut cum Teuffelio *audientium* aut cum Halmio *fautorum* inferre uiolentissimis mutationibus. quaeritur iam, num *clausula et exclamatio* possit iungi. tolerandam hanc iuncturam dicerem, si ageretur de oratore possemusque accipere de huius quadam exclamatione in clausula posita. eos autem qui ad auditores referentes (ut sane debemus referre) clausulam esse aiunt quodlibet dictum facetum, fallit opinio propterea quod *clausula* semper usurpatur de fine sententiae alicuius, quam sane orator saepe clausit in sensu arguto et salso lepidoque; de quo uocis usu tam ex libello nostro quam aliunde sat constat (cf. interpretes ad c. 22 fin.). itaque cum clausulae uocabulum uetet quominus haec sic ut fieri oportet de audientibus accipiamus, Orellii *sicut scitis*, Schopeni *ut sic dixerim* aliorumque in illis *sicut his* coniecturae ad nihilum recidunt. scimus autem quid oratorum quales hic describuntur auditores exclamauerint ex eis quae secuntur; sed cur quandoque ita exclamauerint nescimus. uide Ciceronis [orat. 44, 149] uerba, quae egregiam disputationi nostrae lucem affundunt, *contiones saepe exclamare uidi, cum apte uerba cecidissent*, hoc est, in clausula numerosa; idem ibid. 173 *theatra tota exclamant, si fuit una syllaba . . . longior*. iam ultro puto ex uerbis deformatis haec tibi elucet species genuina *frequens, si . . . clausula est, exclamatio*. neque qualis hic designanda sit clausula in ambiguo est; scilicet qua dicatur orator lasciuia uerborum et leuitate sententiae et licentia compositionis histriionales exprimere modos. quod indicat id quod ex litterulis *cuthis* elici attributum *mollis*. nec enim *dulcis* in rem quadrat.

18 *plus uis habeat quam sanguinis*. recepi Wopkensii coniecturam, quae ex uerbis sequentibus *non pugnat sed rixatur* maxime uidetur commendari: *uir* Luenemannus, *puris* Schurzfleischius, *suci* A. Schoenius, *fellis* Peerlkampius, *salis* Meiserus, *salis* Ribbeckius praetulerunt.

21 *plerumque deiectus*. accedo Ribbeckio, qui cur *deiectus* moneat suspicionem explanauit [mus. Rhen. XXVIII p. 507]. sed *disiectus*, quod ipse proposuit, non uideo quomodo translate possit usurpari de homine; nec Lipsianum *detectus* ubi pro *intectus* ponatur inuenio. ardore aduersarium ferendi qui semper aufertur, cito perdit uires defatigatusque iam non rite pugnat. — deinde uerba *sequentibus comparatus* expellit Andresenus [p. 174], quo duce potius id quod subicitur *ceteros in eos* mutauit Halmius. siquid hic corrigendum est (potest autem tautologia aliquatenus mitigari uideri intercedentibus tot aliis orationis membris), *ceteros* equidem in *cunctos* transformandi extiterim auctor.

32 *ut se ante Ciceronem numeret, sed plane post Gabinianum*. de sententia cum nulla sit dubitatio, uerba ad sententiam ut adcommo- dentur oportet. rhetorici dicuntur friuola adrogantia uel perfectissimo in eloquentia uiro se praeponere, cum tamen non adspirent ad summi in sua ipsorum arte hominis gloriam, hoc est . . . *numeret, etsi sit plane post Gabinianum*. notum nimirum, quod ad dicendi genus, Horatianum *neque erat Lydia post Chloen*; quod ad uitium, post *etsi* uoculae omissionem causa aperta factam *sit in sed* corrigi consentaneum

erat (solum *etsi* pro *sed* ut scribatur nunc uideo commendare Rudolphum Schoellium, quod non probro).

1 *aparte, inquit Maternus.* exhibui in textu Useneri inuentum c. 27 *a parce* (praeuerant Michaelis *at parce iis*, Andresenus *parce*; alia uia ingressi coniecerunt *apparet* Meiserus, *at paret* Halmius, quibus accedens Urlichsius porro *set potius* restituit), quamquam fortiore uocabulo mihi opus esse uidetur; quo Maternus degressurum a proposito longiusque aberraturum in uiam reuocauerit. Ritterus excogitauit *apage te non male*.

3 *sed causas exquirimus, quas te solitum tractare paulo ante, plane mitiore eloquentia et temporum nostrorum miratus iratus.* addidit Lipsius post ante e libro quodam, scilicet interpolato Parisino, *dixisti* (Schopenus *dixisti, cum esses*, Haasius *dixisti, tum quidem*, Halmius *aiebas*); Ribbeckius ipsum *plane* per se nulli suspicioni obnoxium ex *profitbare* corruptum esse putauit. equidem haereo in alio uocabulo. tractamus enim quidquid edisserimus, si cuius rei causas antea nobiscum conquisiuimus. nihil autem paulo ante [c. 15] Messala namquam consuetudinem suam professus erat nisi hoc *causas huius infinitae differentiae mecum ipse plerumque conquirero.* igitur si *solitum* retinemus, pergendum est non *tractare*, sed *conquirere.* sed huius ipsius rei mentionem minus esse adcomodatam quis non sentit? post Messalae enim uerba illa ubi Secundus tractauit *dignam tractatu quaestionem mouisti*, iam iterum Messala *aperiam* inquit *cogitationes meas* [c. 16]. hoc autem multo aptius commemorari, quiuis mihi concedet. unde profuxit emendatio nostra *quas te pollicitus es tractare paulo ante.* — tum Schelius scripsit quod uulgo receptum est *mitior et eloquentiae t. n.*, facili sane bonoque inuento, nisi quod facilius etiam meliusque praesto est hoc *miti ore eloquentiaeq. t. n.* (nam *miti ore* cum coaluisset in *mitiore*, necessario uox sequens dirempta est in *eloquentia et*); cf. praeter c. 10, 1 *intento ore* Statius silu. IV 6, 55 *mitis uultum*, Nemesianus ecl. I 56 *et mite serena fronte supercilium, sed pectus mitius ore.* — in uerbis ultimis praeplacuit Seebodianum *minime iratus* cum per se tum ob oppositum *plane miti ore:* coniecerunt non *i.* Schelius, non *ita i.* Schopenus, *minus i.* Weissenbornius. — mox *incessimus* non potui non recipere: *laccessimus* uiuos, mortuos *incessimus*; cf. c. 24, 5. praeterea *maiores istos* Schultingius uoluit.

7 *offensus a prima disputatione nam nec uos offendi decebit.* postquam Lipsius *Aprina*, Gronouius *Aprri* nostra latere suspicati erant, rem acu tetigit Schurzfleischius emendando *Aprri mei* lenissime simul et aptissime (nam per familiare illud *mei* affirmationi accedit pondus). nihilominus ludere perrexerunt docti, Silligius *Aprri illa*, Orellius simpliciter *Aprri* coniciendo. — discrepantiam deinde codicum (**M** *nam nec uos*, **N** *nam et uos*) ita inter se conciliauit Puteolanus, ut *nec uos* restitueret. magis probabilitati consuluit Halmius, qui olim *disputa-*^{nec}
tioneiam exaratum fuisse intellegens dedit *nec iam uos.* cui inuento longe cedit Noltianum *iam* (nam Spengelius) *et uos o. dedecebit.* — paulo infra *perge et utere* rectissime **M** (cf. ex. gr. Cic. Brut. 43, 158): priorum malae de hac familia opinioni inhaerens Ribbeckius [mus. Rhen. XXXII p. 811] *ergo* extudit ex *perge.*

- c. 28 2 *etiãmsi mihi partes assignatis*. cur recte cogitandi rationi particula *etiãmsi* repugnet, lucide exponit Andresenus [p. 123], qui Ritschelii probauit coniecturam *sed tamen dicam, si mihi* (mihi *sed edam* si olim uidebatur lenius conici). simpliciore remedio iamdudum Acidalius uindicauit Tacito *sed tantum mihi*. simplicissimum puto *set iam*: propter praecedentem s litteram cum hoc in *etiam* abiisset, supra et corrector s; = *set* scripsit; unde solito corruptelae progressu euasit lectio nostrorum codicum.

5 *non inopia hominum, sed desidia* eqs. ridicule hanc inopiam hominum accipiunt ingenii inopiam, qua homines laborant, neque ita usurpari inopiae uocabulum stabilientes exemplis (nam *locorum inopia* Velleianum accersunt inutiliter) et obliuiscentes hoc pacto *hominum inopia* debere dici. bene igitur a sententia, sed ab arte incredibiliter Frid. Iacobus uoci *hominum* substituit *ingeniorum*. alia alii commenti sunt, tolerabiliter utique *praemiorum* Helmreichius et *temporum* Steudingius, peruerse *nominum* Ribbeckius. rectam oppositionem simul et quod a litteris traditis quam proxime absit dum quaero, *non inopia honorum* mihi persuasi uenisse a Tacito, qui quanti honores sint habiti temporis illius disertis saepius in hoc dialogo declarat.

14 *non in cellam emptae nutricis*. Puteolanus correxit *cella*; sed patet origo uitii, si *cella* pro *cella* siue *cellula* repositum ab Henocho statuimus (miro cum ueri indicio, sed per errorem *cella* Vaticanus 1518). — paulo ante codicum lectioni *nam pridem* Rhenanus *iam primum*, Meiserus *tum quidem* subesse putauerunt.

16 *eligebatur autem maior aliqua natu propinqua*. quorum uerborum cum antecedentibus conexus cum minus sit perspicuus, Bernhardy ante *eligebatur* inseruit uerba proxima *ac non studia modo — principes liberos accepimus* (Sauppium tantum illa *sic Corneliam — accepimus*). non opus est tam atroci remedio. postquam olim a matre infantes educatos esse dictum est, consequbatur fere ut adiceretur, fuisse ubi eligeretur propinqua aliqua grandaeva (causa per se perspicua, scil. matre siue mortua siue aegrota siue quacumque de causa non apta ad munus consuetum). uinculum autem egregium, quo haec uerba cum prioribus cohaereant, praebet Meiseri correctio, cui cedere debent temptamina Ribbeckii *eligebatur saltem* et Rud. Schoellii *elig. etiam*. iam mater et propinqua copulatae prohibent quominus pergatur *coram qua*. a quibus uerbis ante omnia procul arcenda est illa interpretandi peruersitas, qua ad subolem haec referuntur. nec enim aut omitti potuit a quibusnam coram subole nil dictu factuae pudendum committi fas esset aut claret quo iure subiectum *mater* in proximis *ac non studia — temperabat* mente suppleatur (unde ante ac signa posuit Bernhardy lacunae, quam Michaelis *mater uero non inserendo* explet). optime uero coram matre aut propinqua scilicet ipsa suboles dictis factisue turpibus abstinuisse dicitur. familiae ergo M scriptura *quia* (quam utpote absonam cecisise in *qua* consentaneum est) ita utendum esse existamaui ut *quid*; reposito locum darem et matri et propinquae. quam emendationem consequbatur altera *temperabant*. simul autem nunc apparet, cur perrexit scriptor *sic . . . Atiam Augusti matrem praefuisse educationibus*; ubi tantum abest ut Sauppium

secutus *matrem* nocem tollam, ut *matrem* propter priorem propinque societatem hic diserte nominari aiam.

4 *horum fabulis et erroribus et vires teneri statim et rudes animi* c. 29 *imbuuntur*. *fabulae* et *errores* siue falsa iudicia quam pulcre recteque iungantur, demonstrat Minucius Felix, qui c. 23, 1 *has fabulas et errores* inquit *ab imperitis parentibus discimus*. male igitur *erroribus* abire iusserunt in *moribus* uel *sermonibus* uel *amoribus*. deinde et *vires* (pro quo et *uirides* N) uulgo deletur; quamquam quomodo uerborum et *rudes* possit esse dittographia (quae est Halmii opinio) non ita facile perspicitur. quae erat causa, ut Ecksteinus *fabulis et erroribus* adiceret additamentum superfluum et *uitiis* (Weinkauffius p. 246 et *uanis ritibus*). Knautius [p. 12] contra [et] *uirides [teneri] statim et rudes animi* commendat, qui sint in infantibus *uirides animi* non exponens. num latet *erroribus*, ut *res est, teneri* eqs.?

7 *parentes improbitati neque modestiae assuefaciunt*. Italorum correcturae *nec probitati praetuli non probitati*, et illi innisus obseruationi meae, qua Henochum ductibus tenerrimis scriptum ñ interdum accepisse pro ñ uideo (cf. 23, 13 *infirmi* pro *non firmitate*; 18, 5 *in ulla pro non ulla*) et constanti Taciti usui cedens, quo semper ille in dialogo duo substantiua coniungit per *non* — *nec* siue *neque*, sequente quod opponatur altero membro bipartito; cf. c. 19 *non infirmitate ingenii nec inscientia litterarum, sed iudicio et intellectu*; 29 *non seueritate disciplinae nec ingenii experimento, sed ambitione et illecebris*, c. 36 *non absentes nec per tabellas, sed coram et praesentes*.

9 *et sui alienique contemptus*. 'suum et alienum contemnere' certam habet significationem, cui cum lasciuia et dicacitate nihil est commune. spretam adhuc Heumanni emendationem plane confirmari uideo loco simillimo Appulei [flor. c. 7 p. 8 Krueg.] *quae enim facilior res quam linguae rabies et uilitas aliorum, altera ex aliorum contemptu, altera ex sui nata?* quo simul Italorum rectae coniecturae *dicacitati* (male traditum *bidacitati* in *libertati* Puteolanus, in *uiuacitati* Rutgersius mutarunt) nouum accedit adminiculum.

14 *quotum quemque inuenies*. pessumdedit Andresenus [p. 157] *iuuenum* ante *inuenies* inserendo gradationem, quae est haec: omnes homines cum domi loquantur de gladiatoribus equisque, non mirandum est quod in auditoriis de eis sermones conserunt etiam adolescentuli, quin ipsi praeceptores hinc petunt confabulandi argumentum.

2 *nec in auctoribus cognoscendis . . . nec in notitiam uel rerum . . .* c. 30 *satis operae insumitur*. codicum scripturam qui praepropere reiciunt recipiuntque Italorum correcturam *notitia*, diuersam plane a prioribus rationem huius ablatiui posthabent. *operam insumere in aliqua re* est 'in ea re tamquam materia subiecta elaborare'. uerum enim uero *notitia* non est laboris materia, sed fructus. itaque aut ad praecedentium ablatiuorum similitudinem *in notitia comparanda* aut *in notitiam* dicendum erat, hoc est ex usu argenteae maxime latinitalis 'ut *notitiam* referant'. nec cur Tacitus uariandae orationis gratia sic scribere nequierit uideo.

5 *quorum professio . . . quam nullam apud maiores nostros auctoritatem habuerit statim de curiis referam necesse est*. miror, falsissimam Gronouii coniecturam *dicturus* tam diu esse toleratam. haec enim

uerba dum Messala loquitur, neququam dicturus erat de rhetoricae professionis in urbem introductione; tum demum, cum c. 33 a Materno admonitus esset ut de iuuenum antiquo tempore exercitationibus nonnulla adiceret, c. 35 hanc quoque rem attigit. docuerat hoc olim Spengelius, docuit Nipperdeus [opusc. p. 351]; quorum hic *non latius dicturus* lusit, nec probabilius Michaelis *iam non persecuturus*. sine ullo negotio elicui *habuerit securus statim referam*, ut cum contemptu quodam artis istius fata nihil se curare innuat Messala, fortasse recordatus, quod ad constructionem attinet, Horatianum *quid Tiridaten terreat unice securus*. uidetur autem hic quoque signum transponendi adscriptum effecisse litterae *s* in *d* corruptionem. — sic ego dudum conieceram, cum Meiseri programma, dum his summam ut aiunt manum impono, nactus uerum iam ante me repertum esse animaduerti.

22 *ullius ingenuae artis scientiam recte ponit M*, cum *ingenuae* tamquam uox efferenda praeponi debeat; cf. et Cic. de or. I 73 *omnibus ingenuis artibus instructus*.

26 *neque oratoris uis et facultas sicut ceterarum rerum angustis et breuibus terminis cluditur*. euicit horum uerborum deprauationem Andresenus [p. 157], sed infeliciter et loco Ciceronis [de or. I 52] non recte usus *u. e. facultas, sicut ceterae artes, certarum rerum a. e. b. t.* coniecit; neque melius Rud. Schoellius sublato *sicut* scripsit *u. et f. certarum rerum*. uerum aperit, ut saepe, Cicero, qui oratori opponit *ceterarum homines artium* [de or. I 124] et *singularum rerum artifices* [ibid. I 128]. et ad hunc quidem alterum locum respexisse Tacitum, etiam sequentia reddunt probabile. nec ita difficile post *sicut* periri *artificum*. — Knautius potius *scientia* post *sicut* inserendum statuit.

c. 81 7 *haec est enim oratori subiecta* fortius ponit *M*: cf. ex. gr. c. 30, 24 *ita est enim*.

9 *ita ut plerumque haec ipsa inuicem misceantur*. Acidalio intercidisse particulam aduersatiuam suspicato recte adstipulatus est Andresenus [p. 147]. proposuit ille *sed ita* uel *ita tamen*; et hoc amplexus sum prae eo quod mihi in mentem uenerat *ita autem*. ceterum uide quam melius se habeat graue illud *haec ipsa* prae simplici *haec*.

15 *qui scit quid irae, promptius*. Friderici Iacobi commentum *ira* et placuit magis quam Lipsianum *ira*, Pithoeanum *ira sit*, Orellianum *sit ira*.

19 *sive apud inuidentes*. post hoc colon P. Vossius inserit *sive apud fauentes*, contra Sauppium [Tulliana p. 7] *sive apud fauentes sive apud exultantes sive apud confidentes*.

20 *tenebit uenas animorum et prout cuiusque natura postulauerit adhibebit manum et temperabit orationem parato omni instrumento et ad omnem usum reposito*. in uerbis ultimis imaginem a medico desumptam recte agnouerunt interpretes, sed ut quam late comparatio illa pateret non intellexerunt. nimirum eius ansam dederant uerba *apud infestos — cupidos — inuidentes — tristes — timentes* (hi enim affectus omnes pro morbis animi habebantur); neque aliter accipio illud *tenebit uenas animorum*, hoc est quinam sit eorum animis quasi uenarum pulsus temptabit. sed debebant temerarie in reliquis comparationem illam: Andresenus scribendo *prout cuiusque* <causae> *natura postulabit*, cum tamen facillime ad *cuiusque* mente suppleamus *aegroti*

(scilicet infesti, cupidi eqs.); librarii inferendo *orationem* in locum nimirum de oratore agentem, dum neglegunt sic plane obscurari et suppressi uerborum in fine positorum uim in ipsa imagine positam. quanto suauius uenustiusque persistens in uia coepta scriptor dedit *adhibebit manum et temperabit rationem*, hoc est, pro aegroti natura adplicabit medelam (cf. Verg. Georg. III 455 *medicas adhibere manus*) artemque reget. rationis autem uocabulum, ut de omnium rerum disciplinis, ita de arte quoque medicinali usurpatur (*curandi ratio* habet Celsus in praefatione). pulcre autem sic ratio et usus sibi respondent. — fluctuanti inter lectiones *postulauerit et postulabit* eximit dubitationem id quod antecedit *dicendum habuerit*: hic quoque orationis aequabilitas uerum patefacit.

24 *apud hos dedisse operam dialecticae proficiet*. mirum est quod, cum deinde singulae philosophorum sectae oratori in singulis rebus profuturae nominatim appellentur, in sola dialectica non commemoratur, a quibus ea peti debeat. neque enim erant illius disciplinae magistri κατ' ἐξοχήν Stoici, sed non minus clari eius praeceptores Peripatetici. huc accedit ambiguum quem maxime dicendi genus: *apud aliquem operam dare dialecticae* ita est latinum ut ualeat 'aliquo tamquam dialecticae magistro uti'. ne dubites igitur quin id quod Tacitus scripsit *apud Stoicos* deprauatum sit a librariis praecedens illud *apud quos* et subsequens *ad hos permouendos* prae respicientibus.

32 *neque enim sapientem informamus nec Stoicorum ciuitatem*. spectat uox enim ad ea quae antea habentur *mutuabimur et dabunt et assumere et uti*: 'non ingurgitandum est', inquit Messala, 'in philosophiam, ut ueri merique euadamus philosophi, sed ingenua eius comparanda scientia'. nam ut docet primum membrum *apud Stoicos operam dedisse dialecticae*, etiam in illis *mutuari, dare, assumere, uti* cogitare debemus de eo, qui fontes ipsos adiit cognouitque et propriis studiis habet, si opus est, quae inde promat. multum autem interest inter hanc liberalem alicuius artis scientiam et eam qua qui artem profitentur instructi sunt. is igitur qui Peripateticorum Academicorum Epicureorum placita sustinet *haurire*, existet sapiens siue philosophus; qui penitus percepit dialecticam Stoicorum (quorum peculiaris fit commemoratio propterea, quod disciplinae dialecticae ratio est diuersa a ceteris studiis philosophicis), is quinam exiliet? ipse puto artis dialecticae magister siue dialecticus; et hunc ut sub corrupta uoce *ciuitatem* latere statuam, perpensitata acriter Taciti sententia cogit. nam nihil in hoc loco profecere priores siue contortis explicationibus siue infaustis coniecturis (*ciuem* Doederlinus, *sectatorem* Iosephus Fischerus, *aliquem* Andresenus, *comitem* Vahlenus, ut mittam Hauptium *informamus Stoicorum, sed eum* proponentem aliosque alia).

Restat ut disquiramus sitne cum **M** recipiendum *neque — nec an neque — neque* cum **N**. quem usum apud Ciceronem aliosque interdum me obseruare memini, ubi prior particula nouum enuntiatum adnectat praecedenti, altera noui enuntiatum partes inter se conecctat, ibi adnectere *neque*, conecctere *nec*: eum usum Tacitus quoque sequitur c. 24 *neque enim defensorem antiquorum exigimus nec quemquam . . . comparamus*.

33 *qui quasdam artes audire omnes liberaliter debet*. sanissima

attemperare maluerunt docti quam sedem uitii diligenter dinoscere. mutant enim praesente Acidalio *liberaliter* siue in *libare* siue adeo in *libare leuiter* siue in *libare litteras*. sed hoc ipso *libare* nil est falsius peruersiusque. iubetur orator quasdam artes plane necessarias haurire siue funditus perdiscere, ceteras artes omnes ita ut decet hominem ingennum nouisse. hanc fuisse sententiam Taciti, ipse innuit et c. 30 de Cicerone diserte testans, nullius ingenuae artis scientiam ei defuisse et c. 32 de multarum artium *scientia* loquens simulque cauens, nequis putet sufficere ut simplex quiddam ad tempus doceatur, hoc est, ubi oporteat, rei alicuius notitiam primoribus ut aiunt labris libet. intellegis ergo, traditum a codicibus *liberaliter* apprime facere in rem; cf. etiam Cicero, qui in oratore requirit *eruditionem libero dignam* [de or. I 17] et *artes quae sunt libero dignae* [ib. I 72] et *id quod est homine ingenuo liberaliterque educato dignum* [ib. I 137], ut plura congerere parcam. quaenam praeterea est criticae exercendae ratio, procedere ultra eam uocem, quae quia sustentari nullo pacto potest coarguit sese ut corruptelae sedem? arti igitur satisfaciet qui unum *audire* ita remouebit ut restituat iustam oppositionem. hinc Lipsii inuento *haurire* in partes uocato dedi *quasdam artes haurire, scire omnes liberaliter*: conflato ob eandem terminationem uocabulo *hauscire* medelam attulere monachi in *audire* obuium mutantes. et bene cum illis congruunt uerba sequentia sic interpretanda: hoc cum sibi persuasissent ueteres oratores, et ius ciuile in artibus plane perdiscendis numerabant et grammaticae musicae geometriae acquirebant notitiam dignam ingenno.

36 *incidunt enim causae plurimae quidem ac paene omnes, quibus iuris notitia desideratur, plerumque autem in quibus haec quoque scientia requiritur*. haec adduntur ut cur ueteres oratores iuris scientiam hauserint doceatur. quod ad singula uerba, hanc mihi deprehendisse sum uisus oppositionem: in plurimis, immo paene in omnibus causis *optabile* sane est, oratori *non ignotum* esse ius; saepe autem (hoc enim ualet *plerumque*) illud *accurate scire* omnino est *necessarium*. gradationem igitur continent cum *desideratur* et *requirit*, tum *notitia* et *scientia*. quibus ita expositis iam non exagitabo falsas uerborum illorum interpretationes per se reiculas (ueluti *haec scientia* pertinere ad grammaticam musicam geometriam, qua opinione decepti *harum quoque* Schurzfleischius, *haec aut illa scientia* Meiserus coniecerunt), sed uerbis ipsis emaculandis dabo operam. uidit autem Meiserus, desiderari *in* ante *quibus iuris*; deinde Rhenanus *plerumque* transformauit in *pleraeque*. hoc quoque loco in una equidem mutatione cohibendum remedium arbitror: *plerumque* ita scilicet retinebimus, ut *in quibus* pro illius *quibus* correctura falso loco in textum recepta habeamus. secuntur uerba non minus corrupta *haec quoque scientia*; in quibus *quoque*, quod aperte est nihili, tacite omisit N. duae autem emendandi uiae patent. aut enim *recta* (siue *certa*) *quoque scientia* (simplici notitiae opposita) aut, si scientiam non indigere tali addito perque se notitiae esse contrariam putas, *haec scientia quoque requiritur* reponatur. ex usu nempe posteriorum *quoque* praepositur: cf. ex gr. Fabri ad Liuii XXII 14, 15. *haec autem scientia* ualere 'huius rei (iuris) scientia' uix est quod stabiliam ex Ciceronis loco de or. I 186.

2 *ut ad tempus simplex quiddam et uniforme doceamur.* de loci c. 32 sententia cum nulla sit dubitatio (praetermitti uideo ab interpretibus locum Ciceronis de or. I 73), de uocabulo *uniforme* ualde haereo; 'discere quod apud omnes unam habeat formam speciemque' quid sit quidue hic sibi uelit, equidem non tam facile intellego quam ei qui celeri transeuntes pede ex aevi postremi scriptoribus aliquot uocabuli illius exempla adponunt ad sententiam nil facientia. *usu facile coniecit* adeoque in textum recepit Michaelis; quod ut sane expeditum ita probabile non est. *commune* ut scriberet Tacitus, commendabant multi eius scriptoris quem prae ceteris ille sequitur loci; uidendus Cicero de or. I 12 *communis quodam in usu*; I 165 *de istis communibus et peruagatis*; II 315 *uulgare et commune*; II 319 *non modo non esse communia* aliaque.

7 *idque . . . etiam populus intellegit ac statim ita laude prosequitur, ut legitime studuisse . . . ut denique oratorem esse fateatur.* de- sidero huius enuntiati *legitime* — *oratorum esse* subiectum. quod ubi- cumque omittitur, facile ex ipso loco suppeditatur. hic autem nihil praecedat nisi *scientia etiam aliud agentes nos ornat*, unde non proficimus hilum. immo, quae est fatendi uerbo construendi facultas, latinis auribus uerba illa hoc sonuerunt ut suppleto *se iam ipse populus* existeret subiectum. coniecturis igitur factis Schurzfleischius et Ritterus *eum* addebant; sed ne id quidem quo iure referatur habet. quocirca eo quod *o* praebet *aut legitime* ita malui uti, ut in litterula *a* agnoscerem uestigium *uocis actorem*. quae et a collocatione et a sensu (nam medio quodam uocabulo hic egemus; ceterum cf. c. 26 *nostrorum temporum actores*) egregie quadrat in rem.

11 *quem non posse aliter existere nec existisse umquam confirmo nisi eum qui.* perbene uidit Andresenus [p. 124], quid posceret recte cogitandi scribendique norma: sequente *nisi eum* non potuit non praecedere *alium*; praecedente *aliter* sequi debuit *nisi ita ut*. uolentior autem mutatio eius uidetur quam est: *aliter* pro *alium* legit librarius illud *aliter* paulo ante bis positum male tenens memoria.

12 *tamquam in aciem omnibus armis instructus, sic in forum omnibus artibus armatus exierit.* non probo *artibus armatus*. nec enim demonstratur qui sit artium usus ad aduersarios siue propulsandos siue incessendos (cf. c. 5); qua tamen de re ut cogitemus ipsum uerbum *armatus* quasi inuitat. turbatum porro singulorum membrorum ordinem iam Andresenus [p. 125] euicit, qui obiter coniecit *ornatus*. eo potius corruptelae genere, quod ut in hoc dialogo inuenitur (cf. supra ad c. 3) ita aliorum scriptorum textum haud raro deprauauit (cf. ex. gr. Gertzius, stud. crit. in Senecae dialogos p. 89), locum inter se mutabant duo participia: *armis armatus* (cuius dictionis exempla adscribere superfluum; cf. c. 22 *tecto tegi*) et *artibus instructus* bene pulcreque sibi respondent; et hoc quidem sollemni loquendi usu stabilitur, cf. c. 33 *instructum et plenum his artibus*, Cicero de or. I 73 *ad dicendum o. i. artibus instructus accesserit* aliaque.

14 *ut in actionibus eorum uis (ius) quoque cotidiani sermonis foeda ac pudenda uitia deprehendantur.* coniecturis plurimis doctorum (quas in censuram uocat Andresenus p. 126) nil effectum est. non omnis enim sermo cotidianus habet uitia foeda ac pudenda (quid purius

uenustusque est Plauti Terentiique loquella?), ut facile appareat non sufficere aut Halmii *huius* siue *ipsa* aut Andreseni *quacuis*, sed inferendum esse quo humillimum pessimumque sermonis cotidiani genus indicetur. quod adsequimur *utilis* pro *uis* reposito; nam *sermo cotidianus* cum una sit indiuiduaque notio, facile patitur additum *utilis* (uertas 'sogar der gemeinen Umgangssprache'): cf. Kuehnerus *grammat. lat. amplioris uol.* II p. 179 sq.; ceterum uidendi Petronius [118] *effugiendum est ab omni uerborum ut ita dicam uilitate et sumendae uoces a plebe summotae* et Quintilianus VIII 3, 49.

17 *ius ciuitatis ultro derideant*. sustuli quod iamdudum tolli oportuit. ius enim ciuitatis uniuersi iuris ciuilibus tam exigua est pars, ut pro toto poni omnino nequeat (compara ex. gr. Ciceronem de or. I 173). neque eo usque quisquam progredietur, ut Tacitum, hominem in foro uersatissimum, ius ciuile et ius ciuitatis confudisse autmet, cum praesertim de illo saepius in his capitibus agatur.

26 *quos potiores nominabo quam apud Graecos Demosthenem, quem . . . proditum est?* non offendor equidem addito *apud Graecos* (hi quippe testes luculentissimi) neque inde ut *apud Romanos* similiae iam sequantur concludi concedo; sed pluralem numerum *quos potiores* unius Demosthenis facta mentione intra huius enuntiatum ambitum sane nec ego tolero, ut tamen effugiam illam mutandi temeritatem qua Pichena uiam praemonstrante Andresenus [p. 160] id quod sequitur *et Cicero his* bis corrigit uolentissime *et apud nos Ciceronem, qui his*. modestius enim alterum membrum intercidisse statuemus eo quod librarius a priore *et* ad alterum *et* aberrauit: *proditum est, <et Periclem>? et Cicero his* eqs. quo autem nomine Pericles laudatus sit (unde pro suo quisque captu lacunam explebit), docet Cic. or. 4, 15.

29 *id se non rhetorum sed Academiae spatii consecutum*. locum manifesto lacunosum suppleuit Haasius secundum Ciceronem [orat. 12] inserens *officinis*. aliud supplementum suppeditat Quintilianus [XII 2, 23] *nam M. Tullius non tantum se debere scholis rhetorum quantum Academiae spatii frequenter ipse testatur*. unde in deperditis quoque libris Tullium eius rei mentionem fecisse apparet, et ita ut uerbis *scholae rhetorum* uteretur. *scholis* autem ante *sed* intercidisse eo lubentius mihi persuadeo quod ipse Tacitus c. 31 habet *in rhetorum scholis*. ceterum Acidalii coniectura *non in rhetorum* uix opus est: 'consequi aliquid aliqua re' dixere Latini.

- c. 88 9 *iuuenes iam et forum ingressi*. prae hac familiae M lectione recentiores inde ab Ernestio editores omnes amplexi sunt id quod N praebet *ingressuri*, quod Itatorum debetur coniecturae praeposterae. nam ut antea artium studia adolescentulis domi scilicet et priuata institutione maxime colenda tractata sunt, ita nunc in disputationem uocantur exercitationes, quibus qui iam in foro uersantur iuuenes operam nauant: cf. totum caput 34, non solum initium; et sic habes c. 20 *iuuenes et in ipsa studiorum (forensium) include positi*. — ceterum *iuuenes et iam forum* proposuit Ernestius, *iuuenes iam forum* I. H. A. Schulzius.

10 *sed longe magis facultate et eloquentia contineri*. reponendum esse *eloquentiam* postquam uidit Rhenanus *et delens*, Tyrwhittus (apud Kiddium opusc. Ruhnkenii p. LXX) praeeunte Agricola *post et potius*

periisse substantiuum animaduertit, quo interlapso ex correctura librorum scriptura a codicibus tradita prouenisset; idemque uerbis paulo post extantibus *nisi ut scientia* — *accedat* bene in partem uocatis *usu* addidit. nos quam illi loco medelam adplicandam esse mox ostendemus, eadem hic quoque inserimus *experientia*, quod certe ante *eloquentiam* facilius euanuit quam *usu*.

18 *percipere tot aut reconditas tam uarias res*. Italorum correcturae *tot rec. aut tam* Muretus praetulit *tot tam rec., tam uarias*, Heumannus *tot rec. ac tam*, Halminus *tot tam rec. tamque*. locum inter se *aut et tam* mutare iussi remedio lenissimo et, ut puto, aptissimo.

19 *potest nisi ut scientiae*. delere iussit Acidalius uoculam *ut*. cui rationi puto praestare *nisi sic ut*. nam apud Plinium epist. II 11, 16 recte codices non contemnendi omittunt *ut*; apud Quintilianum V 10, 57 toleratur quidem nunc coniunctum *nisi ut*; sed hic quoque *nisi sic ut* reponendi existo auctor.

20 *facultati uis eloquentiae accedat*. correxit haec sensu destituta Acidalius eo quod pro *uis* reposuit *usus* (unde Tyrwhitti coniectura paulo ante adlata). et *usus* cum uulgo esset receptum, Sauppium [Philol. XIX p. 262] superfluum iam languidumque quam maxime additamentum *eloquentiae* e textu eiecit. sic nimirum coniectura gignit coniecturam. rectius igitur qui artis praecepta sequitur statuere, falsam esse curandi rationem, quae uni loco dum medelam afferat alterum relinquat intactum. emendandi *uis experientiae*, quod sua se commendat et facilitate et oportunitate.

25 *ad eas exercitationes uenturum, quae propriae et ornatorum uidentur*. non adquiesco in R. Agricolae emendatione, quam amplectuntur editores, *quae propriae esse oratorum uidentur*, miro insolitoque loquendi genere offensus. cur enim Tacitus non scripsit sic ut centiens Cicero alique scribunt *quae propriae sunt oratorum*? quid sibi uult illud *uidentur*? deinde artis palaeographicae spectans probabilitatem in illo *ornatorum* (cum corruptelae progressu *ornaturum* habet N) aliud aliquid latere intellego: *propriae et ornat . . . oratorum uidentur*; solita oculorum aberratione librarius duo uocabula in unum conflauit. et prior uox nunc decurtata qualis fere fuerit, indicat ipsum *uidentur*, nimirum *quae propriae exornatrices oratorum uidentur*. uerbum non addo in emendatione aperta.

19 *qui faciem eloquentiae, non imaginem praestaret*. in his c. 34 expediendis misere se torquent. ueluti Hessius *faciem* summam et perfectam eloquentiae speciem ('Urbild, Ideal'), *imaginem* adumbratam eiusdem similitudinem ('Abbild') interpretatur. uerum nec *facies* nudum per se illam habet significationem et plane eadem etiam *imago* utitur (ut habet Cicero *imaginem antiquitatis intueri* similiaque): *facies* et *imago*, nisi additis uerbis idoneis grauiter inter se discernuntur, plane sunt synonyma, quae non licet inter se opponere (cf. ex. gr. Quintil. XII 6, 4 *est tamen proprius quidam fori profectus, alia lux, alia ueri discriminis facies*). quod ipse significat Peterus sic explicans germanice 'das (wirkliche) Gesicht der Beredsamkeit, nicht deren (blosse) Ab-bildung'. ne multa: manifesta puto emendatio est *quis. aciem*. taedet adscribere quam saepe pugnae et aciei imago translata sit ad forum et eloquentiam; sufficit indicasse c. 37 *quo saepius steterit tamquam*

in acie et Cic. de opt. gen. or. 6, 17 (unde locum nostrum traxisse colorem plerique adnotabant) *non enim in acie uersatur et ferro, sed quasi rudibus eius eludit oratio.*

21 *sed auditorium semper plenum, semper nouum, ex inuidis et fauentibus, ut nec bene dicta dissimularent.* positum in initio *sed* minus bene quam Haasius in *et* Schelius, in *sic* Michaelis mutabant. deinde *mixtum* post *nouum* addi uoluit Andresenus [p. 163], ut recto iudicio duram membrorum iuncturam respuens, ita praeteruidens aliud uocabulum maiore cum iure posse nocari in dubitationem. nam *nouum* nec per se rectum est ipsa re coarguente nec quidquam facit ad propositum. *compositum* a me rescriptum si quis leniore emendatione poterit mutare, me habebit adsentientem. denique *nec male nec bene dicta* Agricola, *nec bene nec male dicta* Pithoeus, *nec bene nec secus dicta* Schopenus, *nec bene nec minus bene dicta* Andresenus, *nec male dicta nec bene dicta* Meiserus; prudentius Sauppis in Tullianis [p. 7] *nec bene dicta ignorarentur nec male dicta dissimularentur*, quem ita secutus sum ut *dissimularent* antiquitus traditum non simul mutarem.

27 *oratorum discipulus, fori auditor, sectator iudiciorum.* adeo haec uerba discindunt ea quae cohaerent (unde post *alienis experimentis* transponi iussit Classenus), adeo nihil continent noui (uide quam ridicule repetatur *iuuenis sub eiusmodi praeceptoribus eruditus et oratorum discipulus*), ut non ego dubitem habere pro marginali antiqui alicuius lectoris additamento.

33 *nono decimo aetatis anno L. Crassus C. Carbonem, uno et uicesimo Caesar Dolabellam, altero et uicesimo Asinius Pollio C. Catonem, non multum aetate antecedens Caluus Vatinius iis orationibus insecuti sunt.* duplicem et in Crassi et in Caesaris annis errorem Tacito esse imputandum recte plerique negauerunt: cf. omnino subtilis Nipperdei disputatio [opusc. p. 322 sqq.]. sed numerorum turbis in codicibus sollemnibus remouendis cum Pithoeus et Nipperdeus operam nauarent, grauiorem statuens corruptelam Isidorus Hilbergius [epistulae criticae p. 5—7] sic locum refluxit *nono decimo aetatis anno* <Q. Hortensius Africae causam defendit>, *L. Crassus C. Carbonem uno et uicesimo, altero et uicesimo Asinius Pollio C. Catonem, Caesar Dolabellam* <tertio et uicesimo>, *non multum* eqs., ut pulchra per se gradatione ita nimis uiolento et inprobabili remedio.

c. 35 2 *deducuntur in sein scholasticorum, qui rhetores uocantur.* commentum Italorum *scenam* (*scenas* Rhenanus) etsi placuit Lipsio, adeo ut suam ipsius coniecturam *scholas* abiceret, tamen ob uerborum obscuritatem iure refugerunt recentes. ex quibus Hauptius forti manu restituens *in scholas istorum* uitii originem non patefecit. prioribus in ipsa re accedens uerba me perspicua reddidisse puto ita *in scholas scenicorum*, recte ut ipsi rhetores uocentur mimi atque histriones. conflatae uoci *scholasticorum* suprascripta correctura *scen* procreauit lectionem codicum.

4 *quod M. Crasso et Domitio censoribus.* falsum praenomen idemque superfluum (unde nihil proficit Pithoeus *L. pro M. reponens*) delere uoluit Schurzfleischius; uerum uidit Michaelis.

8 *nam in loco nihil reuerentiae, sed in quem — intrat.* uoculam *sed* Acidalius uel *est* uel *scilicet* scribendo exterminauit, delendo

Ernestius. *intret praeterea scripsit Nipperdeius. reuerentiaest eo si legimus, neque ut coniunctiuum restituamus oportet et constat de corruptelae origine (EO in ED deprauatum traxit cetera).*

14 *ex his suasoriae quidem etsi tamquam plane leuiore. siue quidem etsi sine quid et si in O fuisse scriptum statuisset, certe si litterae unde irrepererint difficile dicas. sic quod inde effecit Orellius, non modo ex dialogo [c. 13] sic quasi Augustum, sed etiam Ciceronis [Brut. 71] uerbis Odyssia latina est sic tamquam opus aliquod Daedali stabilitur. eiecerunt si Itali.*

17 *sequitur autem ut materiae abhorrenti a ueritate declamatio quoque adhibeatur. sic fit ut . . . persequuntur. uaria excogitare quo declamatio, quae per se non satis habet ponderis, sustentaretur: post quoque addiderunt similis Pithoeus, par uel talis Acidalius, eadem Spengelius, uana Orellius, adulterina Andresenus; alio sanandi genere Bezenbergerus abhorrenti a ueritate (abhorrens a ueritate) declamatio quoque adhibeatur proposuit; denique Michaelis coniecit adhibeatur similis. uelut. et hic quidem recte perspexit, sic esse instituendam loci emendationem, ut in fine sequentis enuntiati non simul inmutetur illud persequuntur (Puteolanus coniunctiuum exhibuit). unde nos dedimus adhibeatur ficta. sic: intercidit ficta ante sic, deinde supra lineam adpositum sic uerborum contextui prae insertum est ut simul in fit ut abiret. cf. c. 31 fictis nec ullo modo ad ueritatem accedentibus controuersis; Quintil. II 4, 41 ficta materia.*

De magna quam ipsi indicant codices lacuna haec adnotasse sufficit. nam cum alii alia statuerint, in eo plerique consentiunt, postquam finiuerit Messala (nec ita multa eius uerba, ni fallor, perierunt), iam Secundum ita sese inmiscuisse sermoni ut ipse quoque nouas proferret rationes ingentis illius inter suorum temporum et antiquorum eloquentiam differentiae. pollicito enim Messalae, aperturum sese cogitationes suas adiuantibus sermonem amicis [c. 16], responderat Maternus, se et Secundum partes ab illo relictas executuros. male hercule Tacitus Maternum haec fecisset profitentem, si postea Secundus de suo nihil adiecisset. nec quidnam hic protulerit, in uniuersum quidem nos latet, siquidem referendus est necessario inter singulos illos, qui teste primo capite diuersas eas quidem sed probabiles causas corruptae eloquentiae attulerunt (cf. ibi adnotata). haec ut simplici commendantur ratiocinatione, ita ne alio loco quam nostro interceptam esse Secundi orationem sumamus omnia prohibent. nam sine ulla causa nonnullos in capitibus 40 et 42 nouas lacunas agnouisse, suis ostendetur locis. Secundum autem excepit Maternus (c. 35 extr. — 41).

5 *tamen illa perturbatione ac licentia plura sibi assequi uidebantur. inutiliter in huius enuntiati protasi odorati sunt difficultates Schultingius tribui fas non erat et Andresenus tribui nefas erat conicientes. etsi nunc quoque, inquit Maternus, oratores consecuti sunt ea quae sub hoc felici Vespasiani principatu tribui illis licuit (non sane praemia, quae sub Nerone contingebant pessimis delatoribus), tamen ea quae tum (libera scilicet republica) regnabat perturbatione plura illos consecutos esse res ipsa ferebat. dicitur illa perturbatione plane eodem modo atque c. 38 eloquentiam tamen illud forum (= id quod tum erat forum) magis exercebat: spectat illa ad ueteres, quorum*

mentio praecessit in uerbis *eadem ratio* — *prouexit*; falso autem nonnulli *illa* coniungunt cum eis quae secuntur *cum mixtis* — *persuadere poterat*, quae potius explicant illud *plura sibi adsequi uidebantur*. superflue igitur *illi* coniecit Gutmannus; et sine ullo negotio ultima uerba *sibi assequi uidebantur* generaliter nec certi subiecti respectu habito dicta accipimus. unum autem uocabulum ad-sentior Andreseno [p. 129] non profectum esse a Tacito: *uidebantur* nihili est, cum non possit non ita accipi, quasi ueteres illi oratores sui posteriorisque temporis condicionem inter se comparauerint. sed Andresenus falsa de toto enuntiato opinione in praecipis datus aberrauit necessario a uero, nos leni emendatione dedimus *plura sibi assequi ualebant* ('damals vermochte man mehr im eignen Interesse zu erreichen').

10 *accusationes potentium reorum* ut facillime ex codicum scriptura elicitur, ita contra Andreseni suspitionem [p. 129] sustentatur loco ab Halmio bene comparato ann. XI 5 *saeuus accusandis reis Suillius*. Waltherus *uirorum* uoluit.

18 *plus notitiae ac nominis apud plebem probabat*. *hi clientelis* eqs. non multum lucratur recepta Itolorum et Pithoei coniectura *apud plebem parabat*. nam *hi* a grammatica ratione non habere unde stet, apertum est; neque debuit Andresenus id quod olim recte uidit postea (in noua Taciti Orelliani editione) accersito Ciceronis quodam loco sat alieno negare. si uerba qualia sunt tradita indigent mutatione, hanc ita ad artem derigamus ut omnes quae adsunt difficultates tollantur. unde signa posui lacunae sic fere explendae *apud plebem* <*parabat, quae nisi uiros multis spectatos discrimibus non*> *probabat*. *hi* eqs. quae emendandi ratio nihilo est difficilior quam quae ab Italis Pithoeoque est inita. amat autem Tacitus longioris ambitus ultimum colon fulcire tali addito: cf. ex. gr. in fine c. 37 ad illud *in ore hominum agit adiectum iam quorum ea* — *uelint*.

24 *quin immo sibi ipsi persuaserant*. nullo pacto haec referre licet ad oratores, quorum illam fuisse persuasionem ultro pateat. quid autem proficiamus, si *omnes* aut auctore Andreseno ante *quin* inserimus aut Halmium secuti ex *immo* elicimus, non adsequor. ergo *proceres* addidi; quod, si perlegeris attente omnia quae subiiciuntur usque ad capitis 37 uerba *magnam potentiam sine aliqua eloquentia consecutum*, ultro te omnium aptissimum agniturum esse scio.

27 *cum parum esset in senatu breuiter censere, nisi qui ingenio et eloquentia sententiam suam tueretur*. uaria sunt doctorum de hoc loco iudicia. et *breuiter* quidem perperam eiecit e textu R. Schoellius; interpretare: non sufficebat paucis uerbis dicere 'censeo hoc illudue esse faciendum' (contrarium est, ut plerique uiderunt, quod c. 41 extat *longis in senatu sententiis*), sed debebat qui censuit argumentis uerbisque et loco et proposito aptis sententiam fulcire. porro Vahlenus in illis *nisi qui* — *tueretur*prehendisse sibi uisus est certissimum sermonis latini morem, adferens inter alia Plautinum *non satis id est mali ni etiam amplius quod ecbibit, Liuianum templum uiolare parum habuisse, nisi detexisset foede ac prope diruisset, Senecae parum est illi capere patriam, nisi uerterit*. negligit autem uir iste doctus, haec aliaque ita comparata esse, ut idem in altero membro remaneat sub-

iectum; incessere se autem doctos propterea quod id multo quam ipse accuratius perspexerant. nam cum pluralibus (*producerentur et uocati respondendum haberent*) uerba in lemmate posita sint inclusa, 'certissimus ille sermonis latini mos' flagitat id quod sermonis latini optimus existimator Ernestinus reposuit ipsum *nisi ingenio — tuerentur*. sed duplicem mutationem cum iure fugerent neque placeret debile. Lipsii commentum *nisi quis — tueretur*, cogitabant potius de dialogi uitio sollempni lacunamque subesse putabant, quam Andresenus [p. 162] explebat (*nec quisquam auctoritate florebat*), *nisi qui — tueretur*, cui Ritschelius praetulit (*nec probaretur*), *nisi qui*. quibuscum plane consentiens in ipso remedii genere recepi tamen meum supplementum lenius commodiusque.

31 *testimonia quoque in publicis non absentes*. Agricola *in publicis iudiciis*, Cuiacius *in iudiciis publicis*, Heumannus simpliciter *in iudiciis* uoluerunt. *causis* siue *cis* facillime post *publicis* perit.

34 *et commoda disertum . . . sed contra mutum*. oppositio *non modo — sed contra* et melior per se et ab arte potior est quam comparatio restituta ab Acidalio *quomodo — sic contra*, qua bis inmutatur scriptura tradita. *sed contra* habes ex gr. apud Ciceronem de or. III 93.

5 *in manus uestras haec uetera, quae et in antiquorum bibliothecis adhuc manent et cum maxime a Muciano contrahuntur*. adeo obscure est dictum *haec uetera*, ut mirandum non sit quod Schurzfleischius *haec aduersaria*, Andresenus [p. 138] *haec uetera uolumina* proposuere. pessime deinde sese habet *et — et*, quorum prius deleuit Heumannus. postremo *antiquorum bibliothecae* hic nullae omnino sunt. sed Schurzfleischium, cum coniceret *antiquariorum*, fefellit ratio. nec enim claret, cur horum potissimum bibliothecae commemorentur, omnes tam publicae quam priuatae cum Muciano ueterum oratorum reliquias conligenti fuerint aduendae (quod a quibusdam *antiquiorum* pro Farnesiani lectione adfertur, et error esse uidetur secundum Michaelis silentium et, si uera esset illius lectio, contra ceterorum codicum consensum nil conprobaret). tria uitia sic tollo, ut *haec moueta quae in antiquorum bibliothecis* in uetusto aliquo codice putem exaratum; et uerbis quidem falso conlocatis *quae in antiquorum* suprascripta transponendi nota accipiebatur pro *et* (cf. ad c. 7, 15), neglectis autem *mo* litterulis *ueta* scriba interpretabatur *uetera*.

35 *nam quo saepius steterit tamquam in acie quo maior aduersarius et acrior qui pugnas sibi ipsas desumpserit, tanto altior et excelsior et illis nobilitatus criminibus in ore hominum agit, quorum ea natura est ut secura uelint*. in duas partes discedunt docti: aut oratorem aut ipsam eloquentiam horum uerborum faciunt subiectum. a priore parte stant Schelius sententiam proxime praecedentem sic mutans *similis eloquentis condicio*, Schopenus post *steterit* inserens *orator*, Michaelis *quis* ante *saepius* addens. contra Latinius *nobilitata* restituens ad eloquentiam omnia rettulit. quam opinionem, cum pro *criminibus* aut Lipsii commentum *discriminibus* aut Acidalii *certaminibus* omnino sit necessarium, scite obseruauerunt Orellius et Halmius [mus. Rhen. XXVIII p. 501] maxime commendari ut aliis ita hoc ipso codicum uitio *nobilitatuscriminibus* recte explicato. in mediis autem

uerbis etsi secuti sumus Boetticheri et Orellii coniecturas (*maior aduersarius est et acrior, quocum uoluit Ritterus, postquam quicum pro qui praeiuit Latinus; et acrior pugna, quam sibi ipse Meiserus*), dubitatio tamen restat in uoce *ipsas* ab illis in *ipsa* mutata. quae tum demum seruare uim insitam nec de nihilo addita esse mihi uidetur, si adest quo ualide eloquentia aduersariis suis opponatur. malui ergo *ipsasolasumpserit* agnoscere in scriptura *ipsasdesumpserit* (cf. c. 4 *sed ipsum solum*). finem uero sententiae utcumque supplere studuimus (fortasse Tacitus non inmemor erat exordii celebris libri II Lucretiani): postquam Rhenanus *dubia nolint* coniecit inutiliter, Agricola primum de lacuna cogitans *dubia laudent, secura nolint* proposuit (*secura malint* Acidalius), Schopenus *ut ancipitia, non secura uelint*, Halmius *ut secura laudent, dubia uelint*, Ritterus *ut aliis dubia, sibi ut secura uelint* (*secura sibi, aliis lubrica* P. Vossius), alii alia commenti sunt.

- c. 38 1 *transeo ad formam et consuetudinem ueterum iudiciorum. quae etsi nunc aptior est ita erit eloquentiam tamen.* comparat Messala antiqui suique temporis iudicia, non commoratur in describendis ueteribus; maculatur porro naeuo quodam oratio, si ueterum iudiciorum forma et consuetudo nunc aptior esse dicitur. quod qui patefecit Andresenus [p. 174], is inprobabiliter *ueterum* e textu eiecit; nec probabilis Mauricius Schmidtus *qua etsi hanc aptiorem statueris* commentus est. cohaeret hic quoque una difficultas cum altera, quae est in illis *est ita erit.* unde extuderunt *est ueritati* Agricola, *est at certe* Muretus, *existimatur* Acidalius, *est ciuitati* Bipontini, *extiterit* Waltherus; nihil a natua simplicitate scribendi magis placere quam simplex illud *aptior est*, intellexit qui *ita erit* deleuit Dronkium. quibus in litteris uidere mihi uideor corruptam nescio qua librarii incertia casue infelici uocem *ueterum*, ultro ut iam appareat id quod in linea praecedenti legitur *ueterum* esse correcturam supra *ita erit* adpositam. *nunc et ueterum* quam praeclare collocentur *ἐξ Ἐσαυτοῦ*, tute ipse, lector perite, sentis. — praeiuit, ut nunc uideo, Knautius *ueterum* ante *illud forum* traiciens, uitii tamen origine non perspecta.

4 *et modum dicendo sibi quisque sumebat.* etsi reliqui in textu lectionem uulgatam, tamen uereor nequid aliud hic lateat, cum praesertim haec uerba plane eandem contineant sententiam atque sequentia. fuitne olim *modum* <*in testimonium*> *dicendo* (cf. c. 39 quae de silentio testibus imposito dicuntur)?

- c. 39 11 *probationibus et testibus silentium patronus indicit.* Hauptii coniecturam etsi non certam tamen probabilem amplexus sum: ex ceterorum coniecturis maxime mentione dignae Orellii *praetor*, Weissenbornii *importunus*, Halmii *protinus*, Dronkii *indicit. patronus*, Meiseri *patroni silentium indicit* (melius *patroni is sil. indicit*) proponentium; Ritterus corruptam uocem deleuit. — ea quae paulo ante extant *ex interrogatione eius incipiendum est* spuria habet Andresenus [p. 176].

16 *cum tot pariter ac tam nobiles, scil. oratores. homines* Orellius, *auditores* Andresenus addunt post *nobiles*; mihi aliquando in mentem uenit *ac tanti nobiles.*

24 *eiusmodi libri extant, ut ipsi quoque qui egerunt non aliis magis orationibus censeantur.* orationes a ueteribus sub tali condicione habitae ut erant animi spiritusque plene, ita scriptae quoque, quales

hodie legimus, adeo nos delectant ut ex illis solis iudicium feramus de auctoribus, neglectis reliquis eorum actionibus. quae sententia et in Materni cogitationes plane quadrat (cf. c. 39 inde a uerbis *nec quisquam claram et illustrem*) et per se perspicua est, modo unam uoculam quoque e falsa quam occupauit sede in pristinam iubeas migrare. praue enim *ipsi quoque* oratores commemorantur, quasi praeter ipsos alii quoque ex libris eorum possint aestimari: *libri et ipsi qui egerunt orationes* e contrario poni postulat ratio. uiolenta molitus est Andresenus parum prospere [p. 130 sqq.].

5 et ad incessendos principes uiros, ut est natura inuidiae, populi quoque et histriones auribus uterentur. dedi, ut in loco conclamato, meam qualemcumque coniecturam. uerba *ut est n. inuidiae* sic explico: ut est proprium inuidiae, omnibus machinamentis, concessis illicitis, uti. erat cum praeferebam *ut est n. insidiarum*. tum coniecerunt *histriones quoque populi aur. u.* Acidalius, *populi quoque ceu histriones aur. u.* Schurzfleischius, *populi quoque adrectioribus (attentioribus Hessius) aur. u.* Heumannus, *populi etiam histrionis artibus u.* Osannus, *plerique et histrionalibus artibus u.* Orellius, *populi quoque ut histriones plausibus u.* Haasius, *populi quoque et plebis pronis auribus u.* Weissenbornius, *populi pronis ut histriones aur. u.* Halmius; denique Bezenbergerus *ut est natura populi, inuidiae quoque et irrisionis artibus u.* et omnium pessime Vahlenus *populi poetae quoque et histriones aur. u.* (quasi hoc pertineret omnino ad oratores hisque ardorem ac faces adderet), ut mittam alia haud pauca.

7 non de otiosa et quieta re loquimur. ante haec intercidisse haud ita pauca primus statuit Heumannus, quem suis quisque rationibus ducti nonnulli secuti sunt. sed in cogitationum conexum, qualis habetur in eis quae antecedunt, si inquiris, ab hac quidem parte nihil desideras, siquidem eorum quae antea in uniuersum disputata sunt nunc summa redditur accersitisque exemplis stabilitur (cf. praeter alios Meiserus [p. 51—56] et Peterus ad h. l.). nec puto opus esse Mureti coniectura *non enim de otiosa*, asyndetica oratio cum hic quidem suam habeat gratiam.

10 comes seditionum. uindicatur haec lectio contra Acidalii coniecturam *fomes* loco Ciceronis [Brut. 12, 45] a plerisque adlato, quem Maternus ita respicit ut simul refutet.

11 sine obsequio, sine seruitute. quod tres uiri docti Noltius, Steinerus, Nipperdeius [opusc. p. 340] pro se quisque repperunt *sine ueritate*, omnes habet a sententia probabilitatis numeros: commenti erant *seueritate* Pithoeus, *sanitate* Orellius, *lenitate* Peerlkampius, *sanctitate* Boetticherus, *uirtute* Wittichius.

1 sic quoque quod superest antiquis oratoribus horum, non eqs. c. 41 quod Broterius Ernestiusque scripserunt *ex antiquis oratoribus* falso (quasi uero nonnulli ex priscis illis tum uixissent), cedere debet optima Gronouii emendationi *antiqui*, h. e., quidquid in eo quoque rerum statu qualis hodie optinet superest ex statu antiquo. quo modo si explicamus *sic*, neque in hoc auctore Heumanno neque in nunc cum Boettichero mutetur oportet. subest autem ad uocem sequentem *oratoribus* adsimilatio. porro *horum M, forum* interpolate *N* praebent. deleuit hoc Ritterus, Spengelius abire iussit in *fori*, quod meo iudicio

mirifice languet. uocem *temporum* ob causam periisse perspicuam facilius credo.

10 *quo modo tamen minimum usus.* corroborantur nunc priora, unde manifestumst falsum esse *tamen*; pro quo enim Heumannus, *deinde* Haasius, *autem* Michaelis, *igitur* R. Schoellius coniecerunt. ita codices differunt ut *M tamen*, contra *N inde* praebeant. mira haec differentia explicari tantum potest ex exemplari Henochiano, in quo scilicet ali- quid scriptum fuerit litteris obscurioribus, quod pro *tn* (= *tamen*) ac- ciperet *M*, pro *in* (= *inde*) *N*. ductibus simul et sententiae satisfacit *uidelicet*, quod saeculo XV abbreviare solebant *uī*.

21 *optimi et in quantum opus est disertissimi uiri.* Nipperdeius [opus. p. 342] praetulit *in quantum potest*, quod recte postea ipse abiecit.

22 *si aut uos prioribus saeculis aut illi quos miramur his nati essent ac deus aliquis uitas ac uestra tempora repente mutasset.* in his ante omnia monebo (id quod neminem dum monuisse miror) prae se habere illud *ac deus*. si enim aut praesentes oratores uetere aut anti- qui recenti tempore erant nati, quid iam opus erat deo illo ex machina? ortum puto prius ac ex posteriore. eis quae fieri licuit per rerum naturam, per tertium aut adiecit Maternus poeta poeticum ex logo quodam Aesopio leporem (cf. Horatius serm. I 1, 15 sqq). quamquam uel ipse deus in partes uocatus nihil potuit efficere aliud quam ut praesentium et ueterum uitas ac tempora mutaret. rectissime igitur Halmius et R. Schoellius eiecerunt uocem molestissimam *uestra*; neque quidquam prodesse mihi uidentur commenta qualia sunt Bekkeri *uitas uestra ac tempora* aut Haasii *uitas ac tempora uestra*. melius quidem proposuit Andresenus *uetera* (*auita* Meiserus) *ac uestra tem- pora*, sed et *uitas ac tempora* optime iungitur et ob ipsam conlocationem *uestra* potius glossematis mouet suspicionem. — paulo post Acidalius maluit *modus et temperamentum* (<*in certaminibus*>) *defuisset*.

c. 42 1 *Finierat Maternus, cum Messala.* inutiliter coniecerunt *tum* Puteolanus, *cui* Ritterus. — in fine autem capitis *cum* (*cū*) *in autem* (*au*) correxit Weissenbornius optime: minus probabiliter deleuerat uoculam Puteolanus.

Ea quae praecedit c. 35 extr. — 41 fin. oratio num Materni esset; multi in dubitationem uocabant ob causas postea disceptandas. et Steinerus quidem in programmate Crucenacensi a. 1863 bonae frugis pleno (nam Lipsium idem sensisse, non ausim adfirmare in tanta eius uerborum obscuritate) inter capita 41 et 42 ipsum Materni sermonem intercidisse, ea autem quae nunc eius esse crederentur Secundo uin- dicanda esse statuit; accessitque Steinerus Weinkauffius in subtili dis- putatione [p. LXVIII—LXXXIV]. similiter iam U. Beckerus (cf. Orellii edit. a. 1830 p. 95 sqq.) uerba a c. 35 extr. usque ad c. 40 *admoue- bant* tribuerat Secundo, reliqua post lacunam, quam praeunte sumpsit Heumannus, Materno; cf. et Andresenus [p. 163 sqq.]. quam opinionem alteram cum iam supra p. 97 ex loci illius natura damnauerimus, contra Steinerum nunc pugnandum est. qui primum in eo est falsus, quod codicem Farnesianum ante c. 42 uerba *finierat Maternus* lacunae signa exhibere contendit. quod ut sit uerum, quamquam Michaelis

accuratiore quam priores conlatione usus nihil adnotat*), unius tamen libri testimonium contra ceterorum consensum nihil omnino in dialogo comprobatur; ut taceam de singulari plane casu, quo integra oratio sine ullo sui uestigio post ipsum alterius finem perierit: non solet sic agere casus, sed ita omittunt de industria homines. porro Meiserus [p. 53] scite animaduertit, c. 41 continere tam aptam totius dialogi clausulam, nihil ut desideretur amplius; ea enim discordantes disputantium opiniones optime inter se conciliari. causa autem, cur docti illi uariis locis agnoscerent lacunas, haec erat quod ea quae secundum codices est Materni oratio parum quadrare uideretur in imaginem de hoc uiro mente conceptam (nam quod Secundum quoque participem sermonis esse noluerunt, cf. supra p. 93). Maternum poetam, qui in tragoediarum argumentis sese ostenderet libertatis contra potentes assertorem, abhorrentem a forensium causarum angustiis et nemorum dulce secretum Musarumque commercium appetentem, hunc inquam uirum non potuerunt illi animum inducere ut eundem putarent cum eo qui postea tam intente tantaque cum peritia disputaret de rebus ad oratoria studia pertinentibus laudaretque Vespasianum tamquam principem sapientissimum. uerum enim uero multum interest inter priorem eius orationem (c. 11—13) et posteriorem (c. 35 extr. — 41 fin.): illic adamatam sibi poesin ab Apro lacessitus ita defendit ut non potuerit non inuehi paululum in eloquentiam oratoriam, hic mutatis plane partibus ut is qui ad disputationem institutum pro uirili portione suum debuit conferre, omissa quae ab hac quaestione erat aliena poetica, sedulo explet prouinciam nunc cum maxime susceptam. erat enim Maternus et orator et poeta: ad uersus faciendos eum traxit animi mentisque indoles, in foro ut uersaretur causasque susciperet coegerunt (ut non inepte suspiceris) rerum angustiae paupertasque. nec tamen eum tamquam primoribus labris attigisse dicendi studia et inuita Minerva extitisse causidicum, sed egisse id quod egit clarumque in hac quoque professione nomen adeptum esse, quodnam maius grauiusque adest documentum quam quod Aper omni opere ut eum totum in sua castra pertraheret enitebatur? talis igitur uir per studia quidem usumque forensem par atque idoneus erat proferendis eis quae protulit c. 35 extr. — 41 fin.; neque in his sibi ipse discordat, si antea in longe alio sententiarum conuexu exagitabat sui temporis lucrosam et ex malis moribus natam eloquentiam. et haec ut facile mihi concedentur, ita pertinacius retinebitur opinio illa, qua a sententi ratione Maternus plane sui dissimilis esse uidetur in parte posteriore. et laus illa Vespasiano tributa adeo offendit multos, ut Strodbeckius eumque secuti alii odorarentur tectam quandam inrisionem siue quam Graeci uocant *ελαφειαν*. quam sententiam ita ut hodie pro derelicta possit haberi refutauit Steinerus [p. 31]. itaque quaerenda est explicatio, quae simplici placeat ueritatis specie. et hic primo ponere iuuat Doederlinii [mus. Rhen. III p. 16 sq.] uerba: *bis endlich der Dichter Maternus, welcher bei allem Talent für das praktische Leben doch nur in contemplativer Thätigkeit Ruhe und Frieden*

*) putauerim ego, nil nisi litteram initialem omissam esse scilicet a rubricatore addendam; id quod de Vaticano A quoque testatur M.

sucht und findet, auf den welthistorischen Standpunkt tritt und den Zwiespalt vermittelnd und versöhnend zeigt, wie der Verfall der Beredsamkeit als ein nothwendiges Uebel aus dem unschätzbaren Gut eines festen inneren Friedens fliesse; in demselben Sinne, in welchem Tacitus selbst, besonders in den Annalen, die Klage über die Gegenwart zu mässigen pflegt (cf. in primis ann. III 55). dein adposite Meiserus [p. 55 sq.] monet, uideri Maternum non rigidum et austum liberae reip. propugnatores fuisse Stoicorum instar philosophorum, sed eum qui Caesarum imperio subnixam esse securitatem et tranquillitatem publicam intellexerit; neque qui corde et animo priorum sit temporum amator, a se desciscere, si id quod praesenti aetati conducens necessariumque sana mente perspexerit libere profiteatur. nec tamen in eo conprobo Meiserum, quod Materno, cum de ciuitate nondum ad uotum composita et de sapientissimo et uno principe loqueretur, obuersatam putauit perfectam illam Platonis rempublicam eique philosophum moderantem. uiderat Maternus dirum Neronis regnum: cur negabimus illum ex animi sententia colere ac uenerari Vespasianum ut eum qui quietam et beatam reduxerit tempora? rursusque quid habet miri, quod ille uel in tam felicis principatus securitate nonnulla nondum secundum bonorum uotum esse composita putauit? his ac talibus, quae illi non sine probabilitate protulerunt, haec habeo adicienda. Maternum uidere mihi uideor uirum animo altius elato cogitationes mittentem in tempora praeterita, in quibus quaereret summam illam pulchri uerique speciem mente conceptam, quam intuendam denegauerat aetas praesens. tales homines a paucis intelleguntur, a paucioribus comprobantur; et ut non curant huiusmodi de se opinionem, ita inrisorum inimicorumque sermonibus amplam praebent copiam. id quod in Materno usu uenisse, ex primis dialogi capitibus scimus. cui rei si addis, eum animi quo ad ueterum admirationem trahebatur documenta ea edidisse, quae facillime in peiorem partem licuit interpretari malivolis, explicatur cur potentibus quoque, qui non accuratius nouerant hominem egregium, suspectus esse uel certe dici potuerit. in numero autem paucorum, qui perspexerant uiri naturam altam, par est fuisse Tacitum per omnia illius simillimum. nolo persequi, quantum eis quae dicit Maternus c. 35 extr. — 41 fin. conueniat cum sententiis alibi ab ipso Tacito declaratis (concessit eorum nonnulla Weinkauffius l. 1.): summo hunc amore poseos inflammatum fuisse, non solum sermonis color uel in scriptis historicis ostendit, sed etiam ipse res tractatas narrandi modus (ex. gr. in Germania). sic Materno seniori deuinctus ea amicitia, quae ex communi sensuum et cogitationum oritur, Tacitus in hoc dialogo (quem imperante Tito scriptum editumque esse nunc post Steineri Ianseni Weinkauffii curas plane constat) existit defensor et patronus uiri dilecti, quem (fortasse cum edidisset Thyestem) non desierunt carpere suspectumque reddere maliuoli. et facile obseruatur, non solum cum amore peculiari sed etiam cum consilio quodam dialogi scriptorem uersatum esse in depingenda exornandaque Materni persona, cuius et domum faceret locum disputationis et pro poetica orationem recipiendo insereret opusculo suo alienam secundum artis seueritatem particulam. itaque praeter principalem quam tractauit quaestionem etiam hoc Tacito propositum fuisse

putauerim, Maternum ut contra inimicorum defenderet accusationes, quo spectat libelli et initium et finis, siquidem illic exhibetur imago uiri tamquam uatis puri et sancti, hic ut ciuis innoxii et ab omnibus turbis longe remoti. nec potuit Tacitus magis nauiter fortiterque oppugnare malignorum de amico rumores, quam ostendendo lectoribus uirum minime alienum a Caesarum imperio, minime contemnentem sui temporis bona. sparsa per urbem fama, tamquam Maternus saeculi sui oblitus tantum uetera cogitaret (c. 2), refellitur refutaturque, si ipse post principis sapientissimi et unius praedicationem finem facit in his uerbis: *bono saeculi sui quisque citra obtrectationem alterius utatur.*

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Textu commentarioque iam cartis mandato in manus nostras uenit recentissimum uniuersitatis Berolinensis programma [1881], in quo dira sexto quoque mense aliquid foras edendi necessitate coactus iterum dialogum nostrum uexauit Vahlenus. qui in una emendatiuncula (c. 29 *non probitati*) nobiscum consentiens ceteris locis tractatis, ut solet, mirifice alucinatur. quid enim facias ei critico, qui stribligines codicum quales sunt ex. gr. c. 35 *suasoriae quidem etsi tamquam plane leuiores* eqs. nauiter defendit? qui artis est palaeographicae adeo ignarus ut, cum c. 33 habeatur in uno apographo *longe pate ad eas exercitationes*, nesciat *per* et *par* eodem exarari compendio iamque ineptissimam extundat coniecturam *longe superantem* (ipse uertit 'weit ueberlegen')? qui aliorum criticorum longe superiorum (quos more solito homo pusillus leuissime incescit) disputationes non intellegens c. 30 conicit *statim decursurus referam necesse est animum* (quanto melius a sententia, si decurrendi uerbum ab Italis infelicissime excogitatum retinendum esset, Knautius *est alienum decurrere*)? qui adeo est uenustatis expers ut c. 7 serio proposuerit *qui non <in urbe modo sed in orbe sunt> illustres, et in urbe non solum* eqs? ut mittam aliorum doctorum conamina, unde sua ipsius pendent, istum ne commemorare quidem (uelut c. 37 fin. ego dudum dixeram, a *securi* ad *pericula* aberrasse librarium). non unum ego de Vahlens hic iniecissem uerbum (quid enim dignius est talibus hominibus quam ridere inania eorum coepta?), nisi ea seruili deuotione, qua sunt aduersus potentiores plerique, eum nunc in Germania certe efferri laudarique eiusque tam malignis quam indoctis iudiciis aliquid tribui a scolasticorum turba constaret. qua de re alias disserendi erit aliquando locus.

Sed missis inimicis Berolinensibus haec habeo adicienda.

In apparatu critico ad c. 26, 30 corrige 'in publicum et in commune O'; c. 40, 11: 'ueritate *Nollius*: seruitute O'.

In commentario autem critico ad c. 26 inserendum est:


29 *neminem sequentium laudare ausus est nisi in publicum et in commune.* non coeunt ut synonyma *in publicum* (cui oppositum est 'priuatim' siue 'inter sui similes') et *in commune* (oppos. 'singulos'). ex transpositione a me instituta rectus euadit sensus: publice quidem non de singulis (ob causam mox indicatam), sed de uniuersis est locutus. ad dictionem *in commune* cf. ex. gr. Quintil. VII 1, 49. neque enim accedo Theodoro Vogelio, qui nuperrime uerba *in publicum* de-

lenda censuit ut glossema, in commentatione sic inscripta 'de dialogi qui Taciti nomine fertur iudicium' [ann. philol. suppl. XII p. 251 sqq.].

Quem libellum haud paucas observationes subtiles continentem dum perlustro, mirantem me habuit illa opinio, qua Vogelius Tacitum in dialogo Quintiliani fuisse sectatorem statuit. sic enim equidem semper existumavi, plurima quae in dialogo et institutionibus oratoris siue a sententiis siue a dictionibus concinant communi amborum scriptorum aevo deberi, pauca autem quae maiorem nec forte fortuna natam similitudinem prae se ferant (cf. ex. gr. ad c. 20, 17) inde explicari quod ipsum dialogum ob oculos habuerit Quintilianus.

Denique uidendum est, num forte difficultates uerborum c. 17, 27 *nam Coruinus in medium usque Augusti principatum, Asinius paene ad extremum durauit* (cf. comment. p. 72 sq.) tollantur *orauit* pro *durauit* reposito.

Sed finis tandem imponendus est huic editioni. quam ut studiorum per longum tempus in libellum aureum a me inensorum (quorum specimina nonnulla iam ante aliquot annos uariis locis exhibui), ita amoris aduersus uirum egregie de illo meritum mihi quae adolescentulo olim in gymnasio Coloniensi praeceptorem dilectissimum documentum extare uolui.








5

JAN 7 1892



Lt 1.550

Cornelli Taciti Dialogus de oratori

Widener Library

006718005



3 2044 085 234 847